


**STATUS  
STRICTIORIS  
REFORMATIONIS IN  
ORDINE...**

---

Premonstratensi, Pierre Desbans





NATIONALE

14

26 L


5

BIBLIOTECA

VITT. EMANUELE

*W*

13-1.6.1.



I. 143a

~~AH 152~~

~~to~~

STATVS  
STRICTIORIS REFORMATIONIS  
IN ORDINE PRÆMONSTRATENSI  
INSTITVTÆ


ET

AD REVERENDOS ADMODVM  
EIVSDEM ORDINIS ABBATES  
SVPPLICATIO

COMMVNITATIS (QVAM VOCANT)  
ANTIQVI RIGORIS.




*Armaria  
maisy  
mussipontana  
1639*



MVSSIPONTI,

Apud GASTAREM BERNARDVM Serenissimi Lotharingie  
DVCIS, & Vniuersitatis Typographum Iuratum.

M. DC. XXX.





ILLVST.<sup>mo</sup> AC REVEREND.<sup>mo</sup> D.<sup>no</sup>  
D. FRANCISCO DE LA ROCHEFOUCAULT  
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,  
MAGNO GALLIARVM ELEEMOSYNARIO &c.

F. PETRVS DESBANS. S. PAVLI  
VIRDVNENSIS PRIOR, AC REVERENDI  
admodum Domini Præmonstratensis in Com-  
munitate antiqui rigoris Vicarius,  
Offert dicatque.



QVM paucis abhinc hebdo-  
madibus, ILLVSTRIS-  
SIME AC REVERENDIS-  
SIME CAR-  
DINALIS, humilis nostræ Re-  
formationis negotia Parisios me inuitas-  
sent, ibiq; paulò fortè acriùs quàm meum  
fert ingenium, ratione muneris, infirmis  
meis humeris impositi, eiusdem Refor-  
mationis iura tutari fuisset coactus, hæc  
ferè sunt præcipua, quæ in præsentia Illu-  
stris Domini de Bressac, Regij in Romana

Curia Oratoris, aliorumque præcipue  
notæ Magnatum, mihi aliisque meis asse-  
clis fuere exprobrata, videlicet quòd Cõ-  
munitas nostra (antiqui rigoris appellant)  
aliud à communi totius Ordinis Generali  
cooptare sibi meditaretur Caput: deinde  
quòd eadem Communitas se ab Ordine  
seiuungere tētaret: tertium & postremum,  
quòd illa ipsa Reformatio fundamento  
Congregationis erigēdæ stabiliendæque  
infirmo omnino, ne dicam nullo, certè  
non sufficiente niteretur. Quæ quidem  
omnia cùm etiam in causa Cœnobij Ar-  
denensis iam pridem contra nos coram  
Illustrissima tua Dominatione obiecta  
fuisse probè nouerim, operæ me præcium  
facturum existimaui, si quæ nobis ad ca-  
lumnias huiusmodi à nobis longiùs pro-  
pulsandas argumenta suppetunt, tuæ per-  
spicacissimæ sapientiæ, immo totius Or-  
bis obijcerem luci, palàmq; ostenderem  
separandi nos à charissimorum Confra-  
trum consortio, aut iugum Obedientiæ,



Supremo Ordinis Patri, tãquam legitimo  
& soli nostro Capiti, debitæ, à ceruicibus  
nostris excutiendi voluntatem à nobis ef-  
fè alienissimam; Congregationemque  
nostram (qualis qualis sit) ijs niti basibus  
& fundamentis, quæ ad aliquam Congre-  
gationem instituendam requiri possint ac  
debeant firmissimis. Atque huc spectat  
breuiusculus iste *Status Strictioris Re-*  
*formationis in Ordine Premonstratensi*  
*instituta*, eique adiuncta *ad Reuerendos*  
*admodum Ordinis Premonstratensis Ab-*  
*ates Supplicatio*. Quæ quia sub claris-  
simo tui nominis auspicijs in lucem pro-  
deunt, eam sibi de tua humanitate, toti  
Galliæ (parum est) quàm latè patet Mun-  
dus, notissimâ, pollicentur gratiam quòd  
ab amplissimis tuis nõ repellètur foribus,  
sed statim atque per otium (quod magna  
magni Regni negotia tibi nũquã ferè non  
ræripiunt) licuerit, benignis lustrabũtur  
oculis, & in sui te rapient amorẽ, vt quam  
actenus approbasti Reformationem,

eam deinceps, quantumuis tuis alij auri-  
bus sint molesti seu importuni, alacrius  
efficaciùsque quàm potes, authoritatis tue  
firmamento protegēdam, defendendam  
& amplificandam suscipias. Ego verò &  
quotquot sub tuis amplissimis protegi-  
muralis, Cōmunitatis alumni, Deum ter  
Opt. Max. vt quâ solet præcipuâ Prælatos  
amplecti & fouere curâ, Illustrissimum ac  
Reuerendissimum Cardinalem FRAN-  
CISCVM DE LA ROCHEFOUCAULT, Refor-  
mationis monasticæ Patronum & Pro-  
tectorem singularem, Gallicanæ Ecclesiæ  
columen, ac vniuersi Christiani Orbis  
splendidissimum iubar, ad sui nominis  
gloriam sempiternam, quàm diutissimè  
protegat, conseruet, sospitet, fortunet, at-  
que æternùm beet, quàm poterimus fer-  
uentissimis votis exorabimus.

Data in Monasterio nostro Sancti Pauli  
Viridunensis die mēsis Aprilis vicesima se-  
cūda anni à recuperata humana salute sex-  
centēsimi tricesimi supra millesimum.



# STATVS STRICTIORIS REFORMATIONIS

IN ORDINE PRÆMONSTRATENSI  
INSTITVTÆ.

**N**E contingat ignorantia facti laborantes suggestionem quorundam ad Reformationem (quam vocant) antiqui rigoris improbandam, tanquam à solo sanctæ Mariæ Abbate, nulla præuia Generalium Ordinis Præmonstratensis Abbatum approbatione, in dictum Ordinem inuectam, induci, & ab ea facile alienari, è re Præmonstratensium publica fuerit, eius ortum & progressum oculis legentium subijcere.

Anno Domini millesimo sexcentesimo vndecimo inchoatam ab aliquot annis in Monasterio Sanctæ Mariæ ad Nem<sup>o</sup> ab Abbate Seruatio, Doctore Theologo Parisiensi, cum Religiosorum eiusdem Monasterij consensu, Reformationem Reuerendissimus

D. Franciscus à Longo-prato, præfati Ordinis Generalis Abbas, non modò gratam & ratam habuit, verum etiam perpètua à carnibus abstinentiâ & ieiunio hyemali voluit, vel saltem (vt primorū eiusdem Ordinis Patrum vitæ esset conformior) suasit augeri, vt patet ex Decreto ad calcem supplicis cuiusdam libelli, eidem Reuerendissimo Generali pro confirmatione cœptæ Reformationis porrecti, appposito, cuius hæc sunt verba:

**V**ISA supplicatione suprascripta, eidem annuëdum duximus, prout tanquã Reformationis illius amantiſſimi annuimus, gratam ratamque habentes ac confirmantes praxim illam primæuam Ordinis nostri, cui nihil notabile videtur deesse præter perpetuam abstinentiam à carnibus & ieiunium ab Exaltatione Sanctæ Crucis vsque ad Pascha, de quibus dispensauit nobiscum Summus Pontifex ante centum & quindecim annos circiter, donec ad ea induci poterimus: Permittētes, immò verò hortātes plurimū vt à Sūmo Pontifice contentorum in hac supplicatione confirmationem, sicut & omnium quæ Reformationē huiusmodi reddere perpetuam & sui diffusiuam poterunt, petant, non exclusis tamen abstinentia & ieiunio supradictis, quæ non minus præfati Monasterij Sanctæ Mariæ Fratribus, quàm alijs Ordinis nostri professoribus licebit obseruare, quotiescunque ad ea ab Abbate consentiente induci poterūt: Et inhibentes omnibus Successoribus Abbatibus ac Visitatoribus ne praxim illam lædere vel minuere audeant, sed Visitationem ad illius praxis normam instituant: Abbatia autem & Coadiutori, necnon Vicario & Priori præcipientes vt cibi & potūs quantitatem & qualita-

tem, sicut etiam vestitûs, determinent, & quantum fieri poterit, in illa determinatione eum præfigât cibi, potûs & vestitûs modum, qui à Religiosis secundum Regulares suas Constitutiones viuentibus tenetur. Determinatio autem sic facta immutari vel imminui non possit ab Abbate ( quicumque tandem sit ) nisi cum consensu dictorum Determinatorum nec non Supprioris & Circatoris. In quorum fidem præsentis chirographo nostro munuimus Præmonstrati die 19. Maij. anno 1611. *Sic est subscriptum.* Franciscus à Longo-prato Abbas Præmonstratensis, eiusdemque Ordinis Generalis. *Estque eiusdem sigillum appositum.*

Ex huius Decreti serie quis hæc duo non inferat? Primò, Marianos perpetuam à carnibus abstinentiam cum hyemali ieiunio sine licentia non resumpsisse. Deinde eosdem abstinentiæ & cæterorum, quibus Reformatio consistit, articulorum confirmationem à Summo Pontifice non nisi prædicto Generali annuente petiisse. Vt proinde quod ausu temerario & sine vlllo Superiorum interueniente cōsensu vel permissu sese Reformationi recenter adinuētæ subiecerint, frustra atque immeritò ipsis objici nemo vel parùm oculatus non probè videat.

Anno deinde 1614. Reuerendissimus D. Petrus Gofforius, qui dicto D. Francisco à Longo-prato in Generalatu successit, ne prædecessori in affectu erga huiusmodi Reformationem cedere videretur, cuidã Bullæ Pontificiæ super Separatione Mensæ Cōuenualis ab Abbatiali Monasterij Sanctæ Marię Maioris, Mussipontium nouiter extructi, hanc suæ autoritatis censuram, & Reformationis, abstinentiæ & hyemali ieiunio auctæ, confirmationem adiecit:

Supraſcriptā Menſæ Separationē Sāctę Marię Maioris Muſſipontanę, olim ad Nemus, propter legitimas cauſas in ea memoratas, à Sancta Sede impetratam, exiſtimamus Reformationi, conformi antiquę Ordinis austeritati, in præſatum Monasterium de conſenſu antecelloris noſtri introductę, plurimum profuturam, eo quod aduenientibus Commendatarijs Abbatibus vel Regularibus renacioribus, nihil hæc Separatio omiserit quod pacificum Reformationis illius curſum præpedire vel retardare queat, cū sic per illam Conuentui provideatur vt nihil vnquam Reformatis ad perfectam Reformationis obseruationem deesse possit. Quare sicut Reformationem illam probamus, ac autoritate, qua fungimur, stabilimus, & confirmamus, sic hanc Menſæ Separationem, quę Reformationis illius nutritrix est & conseruatrice, eadem autoritate approbandam & confirmandam censuimus, prout per præſentes approbamus & confirmamus, Hortantes Reuerendum Abbatem ac Conuentum vt secūdem Reformationem, in hac Menſæ separatione contentam, constanter mortalem hanc vitam & miseram ducant, & Professores Ordinis noſtri ad eandem Reformationem traherentantur. Datum & chirographo sigillōque noſtris communitum Præmonſtrati die 7. Iulij, 1614. *Sic est subscriptum.* F. P. Goffetius Abbas Præmonſtratenſis & totius Ordinis Generalis.

Post triduū ipſos Reformationis articulos ſibi exhibitos alio cōfirmavit Inſtrumēto in hunc modū.

REFORMATIONEM supraſcriptam & infra explicatam habemus gratam & ratam, & autoritate, qua fungimur, stabilimus & confirmamus, Hortantes D. Abbatem & Priorem ac Religioſos Sanctę Marię

Maiores Mussipontanæ, qui eam sunt fortiter amplexati, ut in ea permanent, & conentur ceteros Ordinis nostri alumnos ad eam allicere. Datum & chirographo sigilloque nostris communitum Præmonstrati die 10. Iulij 1614. *Sic est subscriptum.* F. P. Gossetius Abbas Præmonstratensis & totius Ordinis Generalis.

Anno 1616. idem Reuerendissimus D. Petrus Gossetius Generalis, accuratius Reformationis praxim inspecturus, profectus fuit Mussipōtum, ibique postquam omnia per plures dies summâ diligentiam perlustrasset, hoc super cōfirmatione articulorum edidit Instrumentum.

PETRVS GOSSETIVS Monasterij Præmonstratensis humilis Abbas, eiusdēq; Ordinis Caput & Reformator generalis, Omnibus, quorum intererit, Salutem.

Cum varia de Reformatione in Monasterium nouum Sanctæ Mariæ Maioris Mussipontanæ introducta, per totum Ordinem spargerentur, plurimis illam mirè laudantibus, alijs illi variè detrahentibus, rumorque ille in Monasterio nostro Præmonstratensi percebuisset, nostri esse officij iudicauimus ad Monasterium illud nos transferre, ac Reformationis eiusdem negotium examinare. Die igitur decima sexta Maij anni millesimi sexcentissimi decimi sexti illud ingressi, mira gratulatione D. Abbatis ac Religiosorū excepti sumus, ibique multa cum animi satisfactione aliquot hebdomadas exegimus, antiqua Patrum nostrorum vestigia in Dormitorio, Claustro, Refectorio, Capitulo, Choro, & alijs locis regularibus notantes. Cumque cuperemus intelligere quibus niteretur illa disciplina fundamentis, oblatis nobis

sunt Reformationis articuli sub hac verborum serie.

**ARTICVLI REFORMATIONIS** Monasterij noui sanctæ Mariæ Maioris Mussipontanæ , ad quos per Professionem , vel eiusdem renouationem Fratres intendūt sese obligare sub pœna, non autē sub culpa, nisi quoties eò deuenerint vt in illis Superiori tota sua vi præcipienti obedire nolint, vel quoties vòluntatem omnem obseruandi vnum illorum articulorum abiecerint. In illis enim duobus casibus intendunt obligare se ad mortale ; Ad veniale autem non aliter quàm Regula vel Statuta, ex quibus illi articuli penè omnes desumpti sunt.

1. Communitas victus & vestitus.

2. Statutorum Ordinis Præmonstratensis obseruatio, in quantum Statuta illa continent ea, quæ videntur substantialia eiusdem Ordinis, id est, ea sine quibus vita regularis in eodem Ordine vix stare potest.

3. Abstinentia perpetua à carnibus, & Ieiunium ab Exaltatione sanctæ Crucis vsque ad Pascha.

4. Silentium regulare.

5. Lanearum vsus cum sola culcitra straminea.

6. Dormitio in Dormitorio.

7. Comestio in Refectorio.

8. Lectio perpetua in mensa.

9. Quotidianarum Horarum Canonicarum & Beatæ Virginis pensum.

10. Matutinarum officium media nocte.

11. Habitus totaliter candidus tam quoad togam, quàm Scapulare, Caputium, & Cappam cū ea forma quam habent in Ordine nostro.

12. Proclamatio culparum in Capitulo quotidiano.

13. Correctio earundem in eodem loco, imponenda à



Præsides eiusdem Capituli iuxta dictamen Statutorum pro excessibus vel defectibus maioris momenti vel ex contemptu.

14. Nouitiatus secundus.

15. Confessio hebdomadaria.

16. Accessus Sacerdotum ad altare penè quotidianus, & non sacerdotum ad sacram Synaxim hebdomadarius.

17. Recta bonorum temporalium Monasterij per Officiales administratio.

18. Conseruatio titulorum siue documentorum, sigilli & pecuniæ sub triplici clauē.

19. Acceptorum & expensorum rationes exhibendę singulis mensibus.

20. Procuratio Reformationis hic & vbique.

21. Auditio grauaminum, quæ Religiosis occurrere solent.

22. Fructuosa temporis diurni & nocturni distributio.

23. His additur serotinum examen Conscientiæ, meditatio quotidiana, recollectio annua cum Confessione generali totius anni, & renouatio annua Professionis cum Iuramento de acceptanda uisitatione annua, & de nulla acceptanda uel procuranda dispensatione super prædictis præterquam à sancta Sede, & de eligendis Abbate & Priore optimis, quando opus erit, & de beneficio, uel dignitate, uel Prælatura, uel Prioris officio huius Monasterij directè uel indirectè non procurandis.

**QVOD AD PRIMVM** attinet, ita est Statutis & Regulæ, sub quibus militamus, conformis, ut qui cum non obseruat, Statuta, Regulas, Capitula generalia Ordinis nostri, ac Concilium Tridenti-

BIBLIOTECA NAZIONALE  
14  
26  
5

[The text on this page is extremely faded and illegible. It appears to be a dense block of text, possibly a list or a long paragraph, but the individual words and lines cannot be discerned.]

abſtinentiæ perpetuæ ac ieiunij hyemalis, & aliarum obſeruantiarum præceptum, diſpenſat ad ſecuritatē conſcientiarum, quæ paſſim præceptum illud temerè violabant, idque donec ad maiorem obſervationem reduci poterunt. Cùm ergo Mariani ad illam obſervationē antiquā reducti dignoſcuntur, in quo contra diſpenſationē obtentā, reſumētes abſtinentiam antiquam, aberrant? & quid repugnat ſi à nobis in obſervatione illa manuteneantur, & auctoritate noſtra contra allatrantes protegantur?

Quartus articulus non poteſt calumniæ iuſtæ eſſe ſubditus, quia nihil niſi regulare ſilentium, id eſt, ſtatutis & Regulis, ſub quibus profeſſionem emiſimus, conforme, præcipit.

Quintus articulus in quantum laneorum uſum continet, iſtis Statutis antiquioribus & recentioribus eſt conformis, ut patet ex Cap. 13. diſt. primæ & ſecundę Statutor. ubi prohibentur omnibus, præterquam infirmis, linea. Accedit quòd in generali Capitulo anni 1605. laneorum uſus poteſtati Abbatis relinquatur, fiatque ſingulis Abbatibus poteſtas uſum illum Monafterijs ſuis reſtituendi. Quod autem attinet ad uſum culcitre ſtramineę, antiquis Ordinis noſtri Patribus fuiſſe familiarem ſatis conſtat ex diſpenſatione ſuper ea re ob duritiam cordis facta, per cuiuſdam Capituli generalis decretum, in Monafterio Salieuallis ante aliquot annos repertum, cuius hæc ſunt uerba: Cum plures noſtri Ordinis profeſſores hactenus Clauſtra ſubterfugiant propter aſperitatem & intolerantiam lectulorum, conceditur de miſericordia, quod inter ſtramina & laneos *W* ambutia deana, vel de burre tela cooperta in modum culcitra-

eum punctarum, vel etiam fultra in Dormitorio habentur. Ita quod longitudo earum sex pedum tantum, latitudo vero trium pedum & dimidij & non amplius, & spissitudo grossitudinem vnus digiti non excedat. Transgressores autem dictarum mensurarum & dictę spissitudinis, si conuicti fuerint vel confessi, sine dispensatione per viginti dies poenę subiaceant culpe grauioris, & de cetero talibus remedijs in Dormitorio non vtantur, nisi de Capituli generalis licentia speciali. Priores vero & illi, qui cum ipsis lectulos de quindena in quindenam scrutari tenentur, nisi eos proclamauerint in Capitulo, poenę per omnia subiaceant supradictę.

Articuli sextus & septimus habentur expressi cap. 1. dist. 2. Statutorum tam antiquorum quam recentiorum, vbi precipitur Abbatibus vt in Dormitorio dormiant, & in Refectorio comedant.

Articulus octauus de sumptus est ex cap. 1. Regulę nostrę, vbi habetur, Sedentes ad mensam taceant audientes lectionem. Et ex cap. 4. vbi lectio perpetua his verbis precipitur: Cum acceditis ad mensam donec inde surgatis &c. Innititur etiam hic articulus decreto Capituli generalis postremi, vbi hæc verba habentur: Et ne solę fauces sumant cibum. Renouatur etiam illa Capituli generalis constitutio de lectione perpetua toto refectiois tempore. Capituli autem anni 1532. verba hæc sunt: Et vt ipse Ordo frequentiori lumine fulgeat, Capitulum definit quod omni tempore in qualibet refectioe lectura tam in Conuentu quam in Refectorio habeatur. Quod etiam Capitulum anni 1542.

Articulus nonus antiqua Ordinarij Ordinis nostri

& consuetudinis nunquam intermissæ basi fulcitur.

Articulus decimus præter antiquam Monasterij Præmonstratensis, Laudunensis & multorū aliorum consuetudinem, habet Caput 2. Statutor. in quo id expressè præcipitur.

Articulus vndecimus communi Ordinis institutione & consuetudine nunquam intermissâ nititur.

Articulus duodecimus excerptus est ex cap. 4. dist. 1. Statutor. antiquiorum. & ex cap. 5. recentior. & ex cap. 4. dist. 2. eorundem Statutorum, vbi Circator ad proclamationes ex officio faciendas constituitur.

Articulus decimus tertius conformis est totidistinctioni secundæ Statutorum tam recentiorū quàm antiquiorum. Ibi enim præscribuntur pœnæ in Capitulo quotidiano infligendæ, ad quas omnes etsi articulus iste non obliget ex vi Reformationis, non tamen eas respuit; immò verò etiam pœnas graues præscriptas pro leuissimis eulpis amplectitur, quando culpæ illæ ex contemptu committi videntur.

Articulus decimus quartus, qui agit de Nouitiatu secundo, nihil aliud vult quàm Abbatem posse vnicuique aliquod tempus semel præfigere, in quo, tanquã in Nouitiatu, exerceatur in actibus quotidianis mortificationis & abnegationis sui ipsius, sicque ad perfectionem, ad quam ex vi professionis tenetur, studiosius & facilius, remotis propriarum passionum impedimentis, tendat. Hic autem articulus etsi ex Statutorum vel Regulæ Capitulis non sit de sumptus, tamen propterea non videtur damnandus, cùm sit ad currendas perfectionis vias aptissimus, & ipsis Statutis vel Regulis non repugnet, immò verò plurimum

ad Statutorum & Regularum obseruationem iuuet, sintque per cap. 1. dist. 2. Statutor. tam recentiorum quàm antiquiorum omnia, quæ non sunt contraria Statutis Ordinis, in dispositione Abbatis.

Articulus decimus quintus desumptus est ex cap. 4. dist. 1. Statutorum Ordinis. vbi præcipitur, vt omni sexta feria ante prandium Diaconi & Subdiaconi, & cæteri qui sunt minoris Ordinis, confiteantur. Vnde colligitur à fortiori, quòd Sacerdotes, quorum est sacrum Christi Corpus ore conficere, ad Confessionem hebdomadariam teneantur, & quòd Statuta Confessiones huiusmodi præsupponant à Sacerdotibus fieri, quandoquidem ab eorundem ministris illas requirunt. Habet etiam vim hic articulus ex Capitulo generali postremo, cuius hoc est decretum: Capitulo ante Tertiam instituendo omnes intersint, & in eo semper præsideat aliquis Superiorum, qui ad disciplinæ monasticæ conseruationem quotidianos excessus & defectus corrigat iuxta cap. 5. dist. 1. Statutor. Et quia Deus peccatores non exaudit, Sacerdotes semel saltè in septimana, Nouitij verò singulis saltem festis triplicibus ad pœnitentiæ sacramentum accedant.

Articuli decimi sexti antiquitas in Ordine nostro colligitur ex cap. 3. Statut. dist. 1. vbi hæc habentur. Vbi sunt altaria pauca, & plures fuerint Sacerdotes, si simul omnes legere non poterunt, leget vnus post alios sine interuallo; si autem præ multitudine aliquis sacerdotū legere non potuerit, poterit de licentia eius qui præest Conuentui, legere post Euangelium maioris Missæ, quod aliter est cauendum.

Articulus decimus septimus desumptus est ex cap. 22. dist. 4. Statutorum.

Articulus decimus octauus fulcitur decreto cap.

10. dist. 2. Statutor. quod sic habet: Et tam ipse Pro-  
uisor quàm omnes alij qui bona Ecclesiæ recipiunt &  
expédunt, corã Abbate & duobus vel tribus, vel etiã  
plurib<sup>9</sup> (si opus fuerit) de maturioribus Ecclesiæ, quos  
Abbas Ecclesiæ vocauerit, computum reddant ad  
minus semel in anno, scilicet circa festum beati Mar-  
tini hyemalis, aut aliàs iuxta morem cuiuslibet Eccle-  
siæ seu loci.

Articulus vicesimus habet vim ex vita Sancti  
Nørberti, à Surio & alijs conscripta. Ibi enim quo  
zelo Religionis suæ propagandæ teneretur satis cõ-  
spicitur, adeo vt nulli labori parceret vt instituti sui  
socios lucraretur. Vnde cùm institutum illud Maria-  
ni resumpserint, mirum nemini esse debet, si ad illud  
propagandum sese astrinxerint.

Articulus vicesimus prim<sup>9</sup> cõformis est illi Regula-  
rũ nostratũ particulæ, quæ monet Superiorem vt cõ-  
soletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad  
omnes, disciplinam lubens habeat, metuendus impo-  
nat. Optimus enim modus consolandi pusillanimes,  
suscipiendi infirmos, patientiam habendi ad omnes,  
disciplinæ sese subdendi, & cum metu alijs discipli-  
nam imponēdi, est curare vt eorum grauamina tacitè  
excipiantur, & nunc consolando, nunc liniendo,  
nunc patiendo, nunc disciplinæ austeritatem in se  
exercendo, & in grauatis minuendo tollantur.

Articulus vicesimus secundus desumitur ex capiti-  
bus 6. & 7. & alijs dist. 1. Statutor. vbi tempus distri-  
buitur tam in æstate quàm hyeme. Circa distributio-  
nem autem illam temporis omnimoda tribuitur Su-  
perioribus dispositio cap. 6. cit. his verbis: Hæc & cæ-  
tera huic tempori quãtum ad laborem, refectiõnem,  
dormitionem, & lectionum vacationem congrua,

quia vbiq̄ue æqualiter obseruari non possunt, vnaquæque Ecclesia faciat secundum positionem locorum, & dispositionem Abbatis siue Prioris, absente Abbate, seruata tamen per omnia Ordinis honestate.

Articulus vicesimus tertius continens meditationis obligationem, vim habet ex cap. 2. dist. 1. Statutor. vbi hæc verba habentur: Et expleta corporum necessitate deuotis orationibus seu sanctis meditationibus animum suum sacris vigilijs præparantes, intentionem ad Dominum conuertant, in cellis suis quietè manentes, ibique inuicem expectantes.

Quod autem attinet ad reliquas eiusdem articuli obligationes, etsi in Statutis vel Regulis nostris non habeantur expressæ, tamen adeò sunt ad vitam spiritualem traducendam & ad exercitium perfectionis proficua, vt non nisi vitæ spiritualis & perfectionis contemptores eas damnare queant. Accedit quòd neque Regulam, neque Statuta destruant, immò verò nos ad eorundem obseruationem suauiter ducant. Quid enim suauius quotidiano examine conscientie ad mores nostros secundum Statuta & Regulam componendos? quid efficacius recollectione annua & generali cõfessione ad Regulam nostram obseruandam? quid renouatione professionis & visitatione annuis ad manutenendam disciplinam regularem efficacius? Horum enim omnium ope Religiosus leuans se supra se, agnoscit obligationem quam habet ad vota, Regulas & Statuta sua, sicque facile ad eorundem obseruationem ducitur, ne declinans in obligationes adducatur cum operantibus iniquitatem, & ne perditionem suam in officina salutis operatus fuisse inueniatur. Accedit quòd Visitatio annua habetur cap.



9. de annuis Circatoribus dist. 4. Non enim annui Circatores dicuntur nisi ab annua visitatione, quæ ibidem iniungitur. Renouatio autem annua professionis Religiosis eiusdem Monasterij grata & chara esse debet, quandoquidem ad id per Summi Pontificis Indulgentias, renouantibus in eodem Monasterio professionem concessas, inuitantur.

His articulis lectis & examinatis, reperimus esse Statutis partim nouis, partim antiquis conformes, vel ad ea facile reduci posse, & ad eorundem exactam Reformationem plurimum iuuare, nihilque continere quod Ordinem Præmonstratensem destruat, quin potius restituat & perficiat, ac propterea dicimus omnes Ordinis nostri professores ad eorundem obseruationem potius esse hortandos, prout per præsentis hortamur, quàm ab illa deterrendos, prout nonnulli minùs discretè faciunt.

His peractis ad professionis formam, qua vtuntur, considerandam nos conuertimus, reperimusque illam nostræ esse conformem, nihilque à nostra distare nisi quòd obedientiam ad prædictos articulos extendat, & profitentem de suæ professionis scopo instruat, nostramque clariorem reddat, ac propterea retineri posse.

In quorum fidem & robur præsentis chirographo & sigillo nostris in præfato Sanctæ Mariæ Maioris Monasterio die quarto Iunij anni millesimi sexcentissimi decimi sexti muniuimus. *Sic subscriptum.* F. P. Goffetius Abbas Præmonstratensis & totius Ordinis Generalis. Et est impressum sigillum eiusdem Reuerendissimi Generalis ducta transuersim per eius medium parua chartula.

Insuper circa idem tempus denuò supradictam Mensæ separationem in gratiam Reformationis confirmavit, & confirmationis actum in dorso ipsiusmet Pontificiæ Bullæ scribi fecit sub his verbis:

RETROSCRIPTA hæc mensæ separatio ob multas causas à nobis probatur, & maximè quòd ad Reformationis, in hoc Monasterium laudabiliter introductæ, conseruationem sit aptissima, ac propterea separationem illam eadem authoritate, qua Reformatio huiusmodi alias à nobis laudata, approbata & confirmata fuit, laudamus, approbamus & confirmamus, omnibusq; Reformationē illam amplecti volentibus permittimus vt huiusmodi Mensæ separationes petere & obtinere queant. In quorum fidem & robur præsentibus in Monasterio nouo Sanctæ Mariæ Maioris Mussipontanę die quarta mensis Iunij anni millesimi sexcentissimi decimiseptimi subscripsimus. *Ita est subscriptum.* F. P. Gossertius Abbas Præmonstratensis & totius Ordinis Generalis.

Anno sequente, id est 1617. Paulus Papa quintus, toto Reformationis negotio per Illustrissimos ac Reuerendissimos Cardinales, negotijs Regularium Romæ præpositos, opera Illustrissimi Episcopi Viridunensis Caroli à Lotharingia, ritè discussio & exactè examinato, hoc confirmatorium pro eadem Reformatione edidit diploma:

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. Ad perpetuam reimmemoria. Exigit pastoralis officij nostri munus vt quoties viros per Religionis vota Deo Altissimo consecratos, temporis decursu relaxatos, piaque & sancta Maiorum suorum vestigia, ac suarum veterum Constitutionum

semitas

femitas cum magno animarū periculo antehac negli-  
 gentes, suapte sponte, vel potius inspirante diuino  
 Numine, ad cor ita redire conspiciamus, vt in eas pe-  
 dem referre summopere cupiant, multisque precibus  
 id à nobis sincerè contendant, ipsos libenter ample-  
 ctamur, ac in sinu nostro foueamus, atque vt in suo  
 laudabili proposito sēper persistant, & alij ad sectādas  
 eorum vias fortiter incitentur, specialibus fauoribus  
 & gratijs prosequamur. Exhibita siquidem nobis nun-  
 per pro parte dilectorum filiorum, modernorum Ab-  
 batum & Conuentuum sanctæ Mariæ Maioris nun-  
 cupatæ, Oppidi Mussiponti, & Iustimontis ac Saliug-  
 Vallis Monasteriorum, Metensis & Tullensis respe-  
 ctiuè diocesium, Præmonstratensis Ordinis, petitio  
 continebat, quòd ipsi Abbates & Conuentus ante a-  
 liquot annos Reformationem, antiquæ eiusdem Or-  
 dinis austeritati conformem, de consensu tunc exi-  
 stentis Abbatis Generalis, eiusdem Ordinis, suscep-  
 erunt, & pro illius inuiolabili obseruatione in frascr-  
 ipta Statuta & Ordinationes condiderunt, Videlicet  
 quòd sit Communitas victus & vestitus; Statutorum  
 Ordinis Præmonstratensis obseruatio, in quātum illa  
 continent ea, quæ videntur substantialia eiusdem Or-  
 dinis, videlicet sine quibus vita regularis in eodem  
 Ordine stare vix potest; Abstinentia perpetua à car-  
 nibus & Ieiunium à die festo Exaltationis sanctę Cru-  
 cis vsq; ad festiuitatem Paschatis Resurrectionis Do-  
 minicæ, quamdiu non impediunt Reformationem  
 huiusmodi; Silentium regulare; Lanearum vsus cum  
 sola culcitra straminea; Dormitio in Dormitorio;  
 Comestio in Refectorio; Lectio perpetua in mensa;  
 Quotidianarum Horarum Canoniarum & Beatæ

Virginis pensum; Matutinarum officium media nocte; Habitus totaliter candidus tam quoad tunicam, quàm Scapulare, Caputium & Cappam, cum ea forma quam habent in Ordine; Proclamatio culparum in Capitulo quotidiano; Correctio earundem in eodem loco imponēda à Præsīde eiusdem Capituli iuxta dictamen Statutorum pro excessibus vel defectibus maioris momenti vel ex contemptu; Nouitiatus secundus; Confessio hebdomadaria; Accessus Sacerdotum ad altare penè quotidianus, & non Sacerdotum ad sacram synaxim hebdomadarius; Recta bonorum temporalium Monasterij per Officiales administratio; Conseruatio titulorum siue documētorum, sigilli & pecuniæ sub triplici claue; Acceptorum & expensorum singulis mensibus rationes exhibendæ; Procuratio Reformationis illic & vbique; Auditio grauaminum quæ Religiosis occurrere solent; Fructuositas temporis diurni & nocturni distributio; Sero tinum examen Conscientiæ; Meditatio quotidiana; Recollectio annua cum Confessione generali totius anni, & renouatio annua professionis cum Iuramento de non acceptanda vel procuranda dispensatione super prædictis, præterquam à Sede Apostolica, & de eligendis Abbate ac Priore optimis, quādo opus erit, nec non de beneficio, vel dignitate, aut Prælatura seu Prioris officio directè vel indirectè non procurādis, prout in scripturis desuper confectis dicitur cōtineri.

CVM AVTÈM (sicut eadem petitio subiūgebat) Ab bates & Conuentus præfati in ipsa Reformatione, Deo fauente, huc vsque etiam cum consensu & approbatione dilecti filij moderni Abbatis Generalis, dicti Ordinis, perseverauerint, & magis inde in Ec-

clesia Dei fructus appareant, multique tam seculares  
 quàm regulares dicti Ordinis, desiderio Reformatio-  
 nis huiusmodi accēsi, & dicti Monasterij sanctę Ma-  
 rię Maioris nouiter ad pietatem & literas extructi,  
 commoditate illecti, eandem Reformationem an-  
 plecti cupiāt, horum tamen iusta desideria non com-  
 pleantur, eò quòd Reformationis præfata negotium  
 nulla Sedis Apostolicę authoritate stabilitum sit, sed à  
 Capitulorum generalium, eiusdem Ordinis, nutu to-  
 taliter pendeat, & vix stare posse credatur nisi dictę  
 Sedis authoritate examinatum & stabilitum cōspicia-  
 tur, Quare pro parte dictorum Abbatum & Cōuen-  
 tum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus Re-  
 formationem & Statuta præfata pro firmiori eorum  
 subsistentia & obseruatione, inuiolabili nostro & di-  
 ctę Sedis patrocinio communire, ac aliàs in præmissis  
 opportunè providere de benignitate Apostolica di-  
 gnaremur. NOS ICITVR qui singulorū Monasteriorū  
 & regularium locorum foelicem directionem intēsis  
 desideramus affectibus, ipsos Abbates ac Cōuentuum  
 huiusmodi singulares personas à quibusuis excōmu-  
 nicationis, suspensionis & interdicti, alijsque Ecce-  
 siasticis sententijs, censuris & penis, à Iure vel ab ho-  
 mine quauis occasione vel causa latis, si quibus quo-  
 modolibet innodati existunt, ad effectum præsetium  
 duntaxat consequendum, harum serie absoluentes,  
 & absolutos fore censentes, necnon Scripturarum &  
 Statutorum præfatorum tenores, etiam veriores, præ-  
 sentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplica-  
 tionibus inclinati, Reformationem & Statuta ac or-  
 dinationes huiusmodi cum omnibus inde legitimè

secutis & sequendis, dummodo sint licita & honesta, ac sacris Canonibus & Concilij Tridentini decretis non repugnent, Apostolica authoritate, tenore presentium, perpetuò approbamus & confirmamus, illisque perpetuæ & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes & singulos tam Iuris quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuerint, supplemus, ac ex dictis tribus & alijs quibuscunque præfati Ordinis Monasterijs, quorum Abbates & Religiosi Reformationem præfatam amplecti & subire uoluerint, aut illam in suis huiusmodi Monasterijs introduci permiserint vel cõsenserint, vnam Congregationem, sanctæ Mariæ Maioris Mussipontanæ nuncupandam, cuius Caput primodictum Monasterium esse debeat, & quam Abbas Generalis, dicti Ordinis, pro tempore existens, toties quoties uoluerit & expedire iudicauerit, in Capite & membris per seipsum tantum & non per alium, adiuncto etiam libi Præsidi ipsius Congregationis pro tempore existere, aut alio quocunque ad hoc per eandem Congregationem deputando, & non aliàs, dictoque Abbate Generali nequeunte vel nolente, præfatus Præsides solus vel cum adiuncto, à præfata Congregatione deputando, iuxta præinsertorum Reformationis & Statutorum formam & tenorem visitare, corrigere & reformare liberè & licitè valeat, ita tamen quòd si aliquas poenas vel punitiones ab illis aut eorum altero ratione quorumcunque excessuum infligi contigerit, illæ in Monasterijs ipsius Congregationis tantum, & non alibi subiri debeant, etiam perpetuò, sine tamen alicuius præiudicio, authoritate & tenore præmissis creamus, & instituimus: Et insuper omnibus & sin-

gulis eiusdem Ordinis professoribus Reformationem  
 eandem amplecti in proprijs vel præfatis Monasterijs,  
 petita venia, licet non obtenta, licitum & liberum ef-  
 fe, eisdem autoritate & tenore declaramus. **DZ-**  
**CERNANTE S** sic per quoscunque Iudices etiam  
 Causarum Palatij Apostolici Auditores ac sanctæ  
 Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam, delatere Le-  
 gatos & Vicelegatos, ac dictæ Sedis Nuntios iudicari  
 debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à  
 quocūque quavis autoritate scienter vel ignoranter  
 contigerit attentari, Non obstantibus præmissis ac  
 quibusvis relaxationibus & dispensationibus à Sede  
 præfata obtentis, vel à Capitulis generalibus dicti Or-  
 dinis factis & introductis, necnon fœlicis recordatio-  
 nis Urbani tertij & Urbani quarti Romanorum Pon-  
 tificum prædecessorum nostrorum desuper alijsque  
 Apostolicis, etiam in Synodalibus & provincialibus  
 ac vniuersalibus Concilijs editis specialibus vel gene-  
 ralibus Constitutionibus & ordinationibus, necnon  
 Monasteriorum & Ordinis præfatorum Iuramento,  
 confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia  
 roboratis Statutis & cōsuetudinibus, privilegijs quo-  
 que indultis & literis Apostolicis, illis eorūque Su-  
 perioribus & personis sub quibuscunque tenoribus  
 & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs  
 derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis &  
 insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in  
 genere vel specie, etiam Motu proprio & cōsistoria-  
 liter, ac alijs in cōtrarium forsā quomodolibet con-  
 cessis, Quibus omnibus etiam si de illis eorūmq; totis  
 tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac  
 de verbo ad verbum, non autem per clausulas gene-

*non obstantibus  
 dispensationibus  
 litterarum*

rales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda foret, illis aliàs in suo robore permãsuris, hac vice duntaxat, harum serie specialiter & expressè derogamus, caterisque contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adiectionis, suppletionis, creationis, institutionis, declarationis, decreti & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo decimo septimo, quinto decimo Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Anno 1620. dictus Reuerendissimus D. Petrus Gossetius Generalis Monasteria sui Ordinis in Lotharingia perlustrans, eandem Reformationem, quam antea annis 1614. & 1616. approbauerat & confirmauerat, his adminiculis muniendam & conseruandam putauit, videlicet.

VNIVERSIS PRÆSENTIBVS ET FUTVRIS PETRVS GOSSETIVS Christianissimi Francorum Regis Consiliarius & Eleemosynarius, Dei & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Præmoostrati Abbas, totiusque Canonici Præmonstratëlis Ordinis Caput & Reformator generalis, Salutem. CVM EX VISITATIONE Canonica diligenter à nobis & exactè ad præscriptũ in Statutis Ordinis formularũ ordinem in Monasterio sanctæ Mariæ Maioris Musipontanæ pro instituti & officij nostri ratione supe-



rioribus proximè diebus habita, huiusmodi vitæ regularis secūdam antiqui Statutorum rigoris normam perpetuum exercitium comperissemus, vt inibi perseverantiam potius in inceptis, quàm in omissis diligentiam optare deberemus, Ea propter Nos, qui omnibus debitores sumus, altiùs animò reputātes eò amplius à nobis hoc in negotio præstari oportere, quòd idem disciplinæ veteris rigor à Capitulis generalibus proximè antehac approbatus, & singulis Religiosis, & verò integris Monasterijs primùm permissus, nostræ deinde curæ traditus esse videatur, vt vbi & à quibus admittus fuerit, ritè inuiolabilitèrque nostræ auctoritatis interuentu retineatur & conseruetur, longa subinde cum multis religiosæ vitæ Magistris habita de medijs hoc tēpore ad id opportunis tractatione, tandem visitationem, quæ scōpūm habet vel vitiorum expurgationem, vel virtutum consolidationem, sine congruo terminaturi, Monasterijs præfato inprimis sanctæ Mariæ Maioris Mustipontanæ, Sancti Pauli Virdunensis, & Salinauallensis, eidem, quæ supra, rigorosæ disciplinæ pro tempore præsentis subiectis, & alijs quibuscunque in posterum subijciendis, has eius conseruandæ propagandæque ad Dei gloriam & animarum salutem, citra auctoritatis nostræ & Successorum nostrorum, quoad fieri potuit, diminutionem & iniuriam, leges & conditiones tulimus & præscripsimus. Primum quidem vt & prænominata & alia, quæ de cætero rigori huiusmodi subijci contigerit, Monasteria nullum aliud à Nobis Caput habeant, vocent vel dicant, sed Nos & Præmonstratensem Abbatem pro tempore existentem, non modò vt cætera Ordinis totius Monasteria, suū generale Caput, sed etiam

*a quibus admittus fuerit*

*quæ de cætero videntur subijci contigerit*

ipedale, sine cuiusquam præiudicio appellent, agnos-  
 cant & in omnibus reuerentur: Vt vtrorúmque; Mo-  
 nasteriorum tam subiectorum de præsentí quàm sub-  
 iijciendorum, quæ sese liberè his conditionibus & le-  
 gibus cum effectu submiserint, vniuersitas, nomine  
 Cõmunitatis antiqui rigoris appelletur, sintque prop-  
 terea in ijs Religiosi omnes ita communes vt nullus  
 magis huius quàm illius Monasterij dicatur & habeat-  
 ur professus, sed ad quodcúmque Monasterium dictæ  
 Communitatis legitima autoritate transmissus, ijs-  
 dem omnino ibidem Iuribus, causis & rationibus tam  
 in temporalibus quàm spiritualibus gaudeat, atque si  
 expressè inibi professionem emisisset: Vt Capitulo  
 priuatim singulis annis à Monasterijs dictæ Commu-  
 nitatis pro bono eius regimine instituendo, ex vno-  
 quoque Monasterio duo semper, & interdum, si opus  
 fuerit, plures intersint, quorum vnus Iure ordinatio-  
 sit Abbas, si quidem præfatum rigorem agnosceret.  
 & sequeretur, & his legibus pareret, aliàs Prior; alter  
 autem, & si qui præterea alij mittendi fuerint, à Con-  
 uentu deputetur seu deputentur, & eorum deinde  
 communibus ijsque occultis suffragijs Diffinitores  
 Capituli eligantur: Vt in huiusmodi annuo Capitulo  
 à Diffinitoribus per vota similiter secreta de triennio  
 in triennium Visitator eligatur, statim electionis suæ  
 à nobis & Successoribus nostris confirmationem pe-  
 titurus, qui nihilominus & interim & aliàs semper Vi-  
 carius noster in prædicta rigoris antiqui Cõmunitate  
 appelletur, nostris idcirco plenè vicibus officioque  
 (conditionibus sequentis articuli seruatis) indilatè  
 functurus: Vt Vicarius idem si quando ipsi nollemus  
 aut non possemus, Visitaciones annuas secundum sæ-  
 pedicti

inis plena  
 vicibus  
 officio  
 functurus.

predicti rigoris articulos & inde legitimè secuta & se-  
 quenda, secum assumpto eo ex Diffinitoribus, quem  
 reliqui Diffinitores designarint, & aliàs modo, forma  
 & conditionibus, à Diffinitoribus in Capitulo appro-  
 bandis, instituat: Nobis absentibus idem dicto annuo  
 Capitulo præsideat, & vnà cum Diffinitoribus ea, quæ  
 ad antedicti rigoris articulorum perfectionem stabi-  
 litatèmq; necessaria esse seu quomodolibet oppor-  
 tuna in Domino iudicauerit, ordinet, statuat & decer-  
 nat, dummodo ea sacris Canonibus sint conformia,  
 & à communibus Ordinis Statutis (quæ exactè obser-  
 uari debebunt) non deflectant, nisi fortè vbi eadem  
 prædictis articulis repugnare dignoscantur: Idem  
 præterea Vicarius similiter cum Diffinitoribus Prio-  
 res, Magistros Nouitiorum, & Prouisores eligat; Cæ-  
 teros porrò Officiales vniuscuiusque Monasterij Ab-  
 bas, si regularis sit & dictæ Cõmunitatis legibus sub-  
 iectus, sin secus, Prior instituat: Vt Nouitias com-  
 munes, si pluribus opuserit, in Monasterijs à dicto  
 Capitulo designandis instituantur, in quibus Nouitij  
 ad habitum & professionem de consensu Reuerendi  
 quidem Abbatis, si Communitatem agnosceret & se-  
 quetur, sin minùs & aliàs semper, Vicarij & Definito-  
 ris pro Consiliario deputati, Prioris, Supprioris, Ma-  
 gistri & Vice-magistri Nouitiorum, à loci Superiori-  
 bus admittantur. Cæterùm tam Nouitij professione  
 emissa quàm alij quilibet Religiosi sub dictæ Commu-  
 nitatis regimine viuentes, eiusdem Cõmunitatis Mo-  
 nasterijs à Capitulo ipso, extra Capituli antem tempus  
 à Vicario nostro cum vnius è Definitoribus consensu  
 distribuantur: Vt dictæ Cõmunitatis Religiosi  
 neuitquam ad alia Monasteria eadem non subiecta,

neque item ad sacros Ordines sine dicti Capituli consensu mittantur; Ad pastorales verò curas cum solo prædicti Vicarij nostri & vnus vel plurium Diffinitorum consensu, & non aliàs mitti possint: Vt in cœpto Capitulo quotannis & pronuntiato à Præside B E N E D I C I T E, eo ipso Officiales omnes ab officijs absoluti sint, teneanturque singuli professionis suæ statum illicò retere; Similitérque Vicarius tertij cuiusque anni absoluto Capitulo absolutus sit ab officio, statimque ad nouam electionem procedatur: Vt præfata Monasteriorum Communitas non nisi secùdum ipsius articulos & instituta visitetur & reformetur: Vt prædictæ Communitatis Religiosi Abbatibus suis quamuis communitati non subint, reuerentiam & honorem vbique deferant sicut decet sanctos, & obediant, eorùmque salubria monita, non tamen pœnalia, adimpleant, cum à regulari dictæ Communitatis institutione deuiare non dignoscantur: Ac ne quæ ratione, colore vel ingenio excutere iugum obedientiæ Nobis Successoribusque nostris debita, præfati Religiosi possint vel tãillum à nostra & Ordinis Iurisdictione recedere, in professione votisque emitendis sequenti vtentur formula: Ego F. N. offerens trado me ipsum Communitati antiqui rigoris, & promitto cõuersionem morum meorum, emédationem vitæ & stabilitatem: promitto etiam Paupertatem, Castitatem & Obedientiam perfectam in Christo secundum Euangelium Christi, Regulam beati Augustini, & Instituta dictæ Communitatis Reuerèdissimo Generali nostro moderno & Successoribus eius canonicè electis necnon prædictæ Communitatis Superioribus. Has igitur leges & conseruandæ propa-

gandaque disciplina veteris sapius memoratae conditiones perpetuis futuris temporibus sub Sanctissimi Domini Nostri Romani Pontificis beneplacito & & authoritate, non obstantibus quibuscunque Iuribus nostris, priuilegijs & indultis in contrarium, sine eorum tamen in alijs prauiudicio, robur habituras, ex nostro Motu proprio & certa scientia tulimus, praescriptimus, concessimus atque indulgimus, prout tenore praesentium ferimus, praescribimus, concedimus atque indulgemus, quas debite promulgatas admodum Reuerendus Dominus vti Cofrater noster Seruatius Sacrae Theologiae Doctor & praedicti Monasterij sanctae Mariae Abbas vnà cum F. Simone Raquetio eiusdem Couentus Canonico & similiter Doctore Theologo, Venerabilis item F. Petrus Desbans etiam in Theologia Magister & Prior S. Pauli Virdunensis vnà cum F. Claudio Morizero pariter in Theologia Magistro, necnon Reuerendus Dominus vti Confrater Ioannes Gombervaulx Saliuauallis Abbas, & F. Petrus Thienuille sacrae Theologiae Doctor vnà cum F. Ioanne Collard eiusdem Conuentus, omnes vocati & praesentes, pro suis respectiue & Conuentuum, à quibus deputati fuerunt, partibus, gratanti animo pariter sub Sanctissimi Domini Nostri beneplacito, non obstantibus quibuscunque Iuribus, causis & actionibus suis in contrarium, etiam statutis iuramento vallatis, & authoritate Apostolica munitis, iisdem in alijs saluis, acceptarunt & receperunt, prout per praesentes acceptant & recipiunt, Promittentes suo & Confratrum suorum nomine, eas se perpetuò ratas habituros, & inuiolabiliter obseruatuos, nec vnquam quouis modo contra esse venturos. In

quorum omnium & singulorum fidem ac robur Nos  
 & præfati Reuerendi Abbates & Venerabiles Cano-  
 nici præsentibus subscripsimus, & sigilla nostra appo-  
 ni fecimus. Actum in prædicto Monasterio sanctæ  
 Mariæ Maioris Mussipontanæ, die octaua mensis  
 Martij, anno Dominicæ Incarnationis millesimo sex-  
 centesimo vicesimo. *Sic subscripserunt.* F. P. Gosselius  
 Abbas Præmonstratensis & totius Ordinis Generalis,  
 F. Seruatus de Lairuelz Abbas sanctæ Mariæ, F. Ioan-  
 nes Göberuault Abbas de Saliual, F. Simon Rague-  
 tius supradictus Conuentualis sanctæ Mariæ, F. Des-  
 bans Prior Sancti Pauli Virdunensis supradictus,  
 F. Claudius Morizet supradictus Conuentualis  
 Sancti Pauli, F. Petrus Thienuille Saliueuallen-  
 sis Prior supradictus, F. Ioannes Collard su-  
 pradictus Saliueuallensis Conuentualis. Et apposi-  
 ta sunt sigilla Reuerendissimi Generalis in medio, ab  
 vno latere sigillum D. Abbatis sanctæ Mariæ, & ab al-  
 tero sigillum Conuentus eiusdem sanctæ Mariæ. *In  
 calce subscriptum est.* Demandato Reuerendissimi Do-  
 mini D. mei Præmonstratensis F. Dominicus Gerat-  
 dus Secretarius.

Post aliquot menses idem Reuerendissimus Gene-  
 ralis ex Lotharingia Præmonstratum reuersus pro suo,  
 quem erga Reformationem gerebat, zelo, primùm  
 ad Sanctissimū Dominum Nostrum Paulum Papam  
 quintum, deinde ad Illustrissimum & Reuerendissi-  
 mum Dominum Fabritium Cardinalem Verallum,  
 tunc Ordinis Præmonstratensis Protectorem, literas  
 dedit amplissimas, quibus vt à Sancta Sede adminicu-  
 la illa, sub eiusdē sanctę Sedis beneplacito edita, quàm  
 fieri posset citiùs, confirmarentur obnixè petijt, cuius  
 petitioni Gregorius decimus quintus, Pauli quinti in

Pontificatu Successor, annuens, hoc diploma anno  
1621. concessit.

GREGORIUS EPISCOPVS SERVVS  
SERVORVM DEI. Ad perpetuam rei memo-  
riam. Ad sacram Beati Petri Sedem meritum licet im-  
paribus diuina dispositione vocati, his quæ pro Mo-  
nasteriorum quorumlibet salubri directione prouidè  
statuta & ordinata fuisse dicuntur, vt firma & illibata  
perpetuò persistant, præsertim dum Generalis Or-  
dinis & Monasteriorum eorundem Superiorum vo-  
ta id exposcunt, libenter adijcimus Apostolici muni-  
minis firmitatem, prout locorum ac tēporum & per-  
sonarum qualitate pensata conspiciamus in Domino  
salubriter expedire. Dudum siquidem fœlicis recor-  
dationis Paulo Papæ quinto prædecessori nostro pro  
parte dilectorum filiorum Seruatij de Lairuelz sanctæ  
Mariæ Maioris Oppidi Mussiponti, & Ioannis Gom-  
beruaulx Saliuæ vallis, Præmonstratensis Ordinis,  
Metēsis diœcesis, Monasteriorum Abbatum, eorum-  
que Conuētuum, exposito quòd ipsi Abbates & Con-  
uentus ante aliquot annos Reformationem, antiquæ  
eiusdem Ordinis austeritati conformem, de consensu  
tunc existentis Abbatis Generalis ipsius Ordinis, sus-  
ceperant, & pro illius inuiolabili obseruatione non-  
nulla Statuta & ordinationes tunc expressa, & à Ve-  
nerabilibus fratribus nostris, tunc suis, sanctæ Roma-  
næ Ecclesiæ Cardinalibus, super negotijs Regularium  
præpositis, examinata & approbata condiderant, illæ-  
que pro firmiori eorum subsistentia & obseruatione,  
inuiolabili Sedis Apostolicæ patrocinio communiri  
cupiebant, Idem prædecessor supplicationibus dicto-  
rum Abbatum & Conuentuum tunc inclinatus, Re-

formationem & Statuta ac ordinationes huiusmodi  
 cū omnibus inde legitimè secutis & sequēdis, sub cer-  
 tis modo & forma tunc expressis, Apostolica auctori-  
 tate perpetuò approbavit & confirmavit, ac ex dictis  
 & alijs quibuscunque prædicti Ordinis Monasterijs,  
 quorum Abbates & Religiosi Reformationem præ-  
 dictam amplecti & subire voluissent, aut illam in suis  
 huiusmodi Monasterijs introduci permisisset vel con-  
 sensissent, vnam Cōgregationem sanctæ Mariæ Ma-  
 ioris Mustipontanæ nuncupandam, quam Abbas Ge-  
 neralis dicti Ordinis pro tempore existens toties quo-  
 ties voluisset & expedire iudicasset, in Capite & mem-  
 bris visitare & corrigere ac reformare liberè & licitè  
 valeret, etiam perpetuò sine alio cuius præiudicio eadem  
 auctoritate creauit & instituit, ac aliàs prout in literis  
 Apostolicis desuper expeditis, plenius continetur.

CVM AVTEM sicut exhibita nobis nuper tam pro  
 parte dictorum Seruatij & Ioannis, quàm etiam dile-  
 ctorum filiorum Petri Goffetij Monasterij Præmon-  
 stratensis Abbatis totiusque Ordinis prædicti Capituli  
 ac Reformatoris Generalis, ac Petri Desbans Sancti  
 Pauli Virdunensis, & Simonis Raguëtij sanctæ Ma-  
 riæ, necnon Claudij Morizeri & Petri Thienuille in  
 Theologia Magistrorum, ac Ioānis Collard eiusdem  
 Saliuæuallis Monasteriorum, Ordinis huiusmodi, Re-  
 ligiosorum, ipsorumque Monasteriorum Conuētuum  
 petitio cōtinebat, postmodum & antequam prædictæ  
 literæ Apostolicæ suum sortirentur vel possent ob-  
 nonnulla impedimenta sortiri effectum, dictus Petrus  
 Goffetius Abbas & Reformatore generalis ex Visita-  
 tione canonica, per eum pro instituti & officij sui ra-  
 tione diligētè & exactè, iuxta ordinem formularum



in Statutis dicti Ordinis præscriptum, in dicto Monasterio sanctæ Mariæ Maioris non ita pridem facta, huiusmodi vitæ regularis perpetuum exercitium secundum normam antiqui rigoris Statutorum huiusmodi comperisset, vt inibi perseverantiam potius in inceptis optare quàm in omiſſis diligentiam requirere deberet, Ideoque Petrus Abbas Generalis attentius considerans id amplius ab eo in hoc negotio præstari oportere, quòd idem disciplinae veteris rigor, à Capitulis generalibus proximè antehac approbatus & singulis Religiosis & integris Monasterijs primùm permissus, suæ deinde curæ traditus esse videatur, vt vbi & à quibus admissus fuerit, ritè inuiolabiliterque interuentu auctoritatis dicti Petri Abbatis generalis, retineatur & conseruetur, ac subinde habita cum multis religiosæ vitæ Magistris de medijs hoc tempore ad id opportunis diuturna tractatione, tandem Visitationem, quæ scopum habet vel vitiorum expurgationem, vel virtutum consolidationem, sine congruo terminaturus, prædictis in primis sanctæ Mariæ Maioris, & Saluæuallis, necnon Sancti Pauli Monasterijs, quod quidem Monasterium sancti Pauli dilectus filius Philippus de Peluè Clericus in Commendam ad eius vitam ex concessione Apostolica obtinet, eidem quæ supra rigorosæ disciplinae de præſenti subiectis, & alijs quibuscunque in posterum subiiciendis, pro illa ad Dei gloriam & animarum salutem conseruanda & propaganda, citra tamen auctoritatis ipsius Petri Abbatis Generalis & Successorum suorum ipsius Monasterij Præmōstratensis Abbatum, quoad fieri poterit, diminutionem & iniuriam, infraſcriptas leges seu conditiones perpetuis futuris temporibus robur ha-

bituras, de consensu dicti Philippi sub Sedis prædictæ beneplacito & autoritate tulit & præscripsit, Videlicet quòd supradicta Monasteria & alia quæ de cetero rigori huiusmodi subijci cõtigerit, nullum aliud præter ipsum Petrum Abbatem Generalem Caput habeant, vocent & dicant, sed ipsum & Præmõstratensem Abbatem pro tempore existentem, non modò vt cætera totius prædicti Ordinis Monasteria, suum generale Caput, sed etiam speciale, sine cuiusquam præiudicio, appellēt, agnoscant ac in omnibus reuereantur: Vt Monasteriorum tam subiectorum de præfenti quàm subijciendorum, quæ sese liberè his conditionibus & legibus cum effectu submiserint, Vniuersitas, nomine Communitatis antiqui rigoris appelletur, sintque propterea in ijs Religiosi omnes ita communes vt nullus magis huius quàm illius Mõnasterij dicatur & habeatur professus, sed ad quodcunque Monasterium dictæ Communitatis legitima autoritate transmissus, ijsdem omnino Iuribus & causis ac rationibus tam in spiritualibus quàm in temporalibus gaudeat, atq; si expressè inibi professionem emisisset: Vt Capitulo priuatim annis singulis à Monasterijs dictæ Cõmunitatis pro bono eius regimine, instituendo ex vnoquoque Monasterio duo semper, & interim, si opus fuerit, plures intersint, quorum vnus Iure ordinario sit Abbas, si quidem prædictum rigorem agnosceret & sequeretur ac his legibus pareret, aliàs Prior; alter autem, & si qui præterea alij mittendi fuerint, à Conuentu deputetur seu deputentur, & eorum deinde communibus ijsque occultis suffragijs Diffinitores Capituli eligantur: Vt in huiusmodi annuo Capitulo à Diffinitoribus per vota si-

militer

Capitulum  
annis  
singulis  
duos

milititer secreta de triennio in triennium Visitator eli-  
 gatur, qui statim electionis suæ confirmationem à Pe-  
 tro Abbate Generali & Successoribus prædictis pe-  
 tere, & nihilominus interim ac aliàs semper dicti Petri  
 Abbatis Generalis & Successorum suorum Vicarius  
 in prædicta rigoris antiqui Communitate appellari, &  
 idcirco ipsius Petri Abbatis Generalis & suorum Suc-  
 cessorum plenè vicibus, officiòque (seruatís sequen-  
 tis articuli conditionibus) fungi debeat: Vt Vicarius  
 idem si quando ipse Petrus Abbas Generalis nollet  
 aut non posset, Visitationes annuas secundum supra-  
 dicti rigoris articulos & inde legitimè secuta & se-  
 quenda, assumpto secum ex Diffinitoribus, quem re-  
 liqui Diffinitores designauerint, ac aliàs modo & for-  
 ma ac conditionibus à Diffinitoribus in Capitulo ap-  
 probandis, instituat; & absente dicto Petro Abbate  
 Generali, idem Vicarius dicto annuo Capitulo præsi-  
 deat, & vnà cum Diffinitoribus ea, quæ ad antedicti  
 rigoris articulorum perfectionem stabilitatēque ne-  
 cessaria seu quomodolibet opportuna esse in Domi-  
 no iudicauerit, ordinet, statuat & decernat, dummo-  
 do sacris Canonibus sint conformia, & à communi-  
 bus Ordinis prædicti Statutis, quæ exactè obseruari  
 debeant, non defleant, nisi fortè vbi illa prædictis  
 articulis repugnare dignoscerentur; Idemque præte-  
 rea Vicarius similiter cum Diffinitoribus Priores, Ma-  
 gistros Nouitiorum ac Prouisores eligat, Cæteros ve-  
 rò Officiales vniuscuiusque Monasterij secundum  
 Mensarum separatarum Bullas & Scripturas super ar-  
 ticulis Reformationis confectas, Abbas, si regularis  
 & dictæ Cõmunitatis legibus subiectus sit, sin minus,  
 Prior instituat: Vt Nouitiatus communes, si pluribus

Visitatio  
 annua

opus erit, in Monasterijs à dicto Capitulo designādis institui, & in illis Nouitij ad habitum & professionem de Abbatis, si Communitatem agnosceret & sequetur, sin minùs & aliàs semper de Vicarij & Diffinitoris pro Consiliario deputati, & Prioris, Supprioris, Magistri & Vicemagistri Nouitiorum consensu à loci Superioribus admitti debeant; Cæterùm tam Nouitij professione emissa quàm alij quilibet Religiosi sub dictæ Communitatis regimine viuentes, eiusdem Cõmunitatis Monasterijs à Capitulo, extra autem Capituli tempus à Vicario Abbatis & Successorum prædictorum cum vnus ex Diffinitoribus cõsensu distribuuntur: Vt dictæ Communitatis Religiosi neutiquam ad alia Monasteria eidem non subiecta, neque item ad sacros Ordines sine Capituli consensu mittantur; Ad pastorales verò curas eiusdem Ordinis cum solo prædicti Vicarij & vnus vel plurium Diffinitorum consensu & non aliàs mitti possint: Ac incepto Capitulo quotannis & pronũtiato ab illius Præside BENEDICTE, eo ipso Officiarij omnes ab officijs per eos exercitatis absoluti sint, singuliq; professionis suæ stallum illicò repetere teneantur; Ibiq; Vicarius tertij cuiusque anni absoluto Capitulo absolutus sit ab officio, statimque ad nouam electionem procedi, & prædicta Monasteriorum Communitas non nisi secundum ipsius articulos & instituta visitari & reformari debeat, dictæque Communitatis Religiosi Abbatibus suis regularibus, quamuis Communitati non subsint, reuerentiam & honorem vbique deferre, sicut decet sanctos, & illis obedire, eorũque salubria monita, non tamen pœnalia, adimplere teneantur, cum à regulari dictæ Cõmunitatis institutione deuiare non dignos-

*ad monasteria*  
*pastorales*

centur: Ac ne qua ratione, colore, vel ingenio prædicti Religiosi iugum Obedientiæ Petro Abbati Generali Successoribusque prædictis debitæ excutere, vel tantillum à sua & Ordinis Iurisdictione recedere possint, in professione votisque emittendis sequenti formula uti debeant, Videlicet, Ego F. N. offerens trado meipsum Communitati antiqui rigeris, & promitto conversionem morum meorum, emendationem vitæ & stabilitatem, Promitto etiam Paupertatem, Castitatem & Obedientiã perfectam in Christo, secundum Christi Euangelium, Regulam Beati Augustini & Instituta dictæ Communitatis Reuerendissimo Generali nostro moderno & Successoribus suis canonicè electis, necnon prædictæ Communitatis Superioribus: Ac aliàs prout in scripturis desuper confectis, & per Petrum Generalem ac Seruatium & Ioannem Abbates prædictos, necnon Petrum Desbans ac Simonem & Claudium ac Petrum Thiëuille, necnon Ioannem Collard prædictos, præsentem leges seu conditiones & ordinationes, Ioannes Abbas videlicet pro suo Monasterio, Seruatius verò & Petrus Desbās ac Simon necnon Claudius & Petrus Thiëuille ac Ioannes Collard prædicti pro se suisque Conuentibus sub nostro beneplacito libenter acceptantes, subscriptis, plenius dicitur cōtineri: PRAEMISSA VERO omnia pro Religiosorum & personarum Monasteriorum regimini præsidentium, necnon Communitatis creandæ & propagandæ ac Reformationis prædictæ conseruando honore, dictorumque Monasteriorum decore & ornamento ordinata fuerint, ac ea, quæ Sedis prædictæ munimine roborantur, firmitus subsistant & melius ab omnibus obseruentur, Quare

pro parte Petri Generalis & Seruatij ac Ioannis Abbatum, necnon Petri Desbans ac Simonis & Claudij, necnon Petri Thienuille ac Ioannis Collard & Conuentuum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus leges seu conditiones prædictas approbare & confirmare, aliásque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. **NOS Igitur** qui iustis & honestis Religiosarum quarumlibet personarum, maximè reformationes ob melioris vitæ frugem amplectentium, votis libenter annuimus, Reformationesque prædictas synceris exoptamus affectibus, Petrum Generalem & Seruatium ac Ioannem Abbates, necnon Petrum Desbans, ac Simonem & Claudium, necnon Petrum Thienuille & Ioannem Collard prædictos, ac eorum quælibet, dictorumque Conuentuum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à Iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie, absoluentes & absolutas fore censentes, literarumque & scripturarum prædictarum tenores etiam veriores, præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto eorundem Venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotijs Regularium præpositorum, leges, conditiones & ordinationes prædictas, dummodo in Iuramento per Religiosos in eorum professione præstando seruetur formula solita cum additione obseruantiae antiqui rigoris vel primitiuae Regulæ, & quatenus in alijs quàm vt præfertur anti-

quis dicti Ordinis institutis non repugnēt, ac desuper  
 confectas scripturas cum omnibus inde legitimè se-  
 cutis & sequēdis eadem, auctoritate Apostolica, teno-  
 re præsentii, etiā perpetuò approbamus & cōfirma-  
 mus, illisque perpetuē & inuiolabilis Apostolicæ fir-  
 mitatis robur adijcimus, nec non omnes & singulos  
 tam Iuris quàm facti & solemnitatum quantumuis  
 substantialium de Iure, vsu, consuetudine, aut aliàs  
 quomodolibet requisitarum defectus, si qui principa-  
 liter vel accessoriè, aut aliàs quomodolibet interue-  
 nerint, auctoritate & tenore præmissis, supplemus:  
 Decernentes leges, conditiones & ordinationes,  
 scripturas, aliàque præmissa semper & perpetuò va-  
 lida & efficacia fore & esse, suosque plenarios & in-  
 tegros effectus sortiri & obtinere, ac ab ipsis omnibus  
 & quibusuis alijs, ad quos nunc quomodolibet spe-  
 ctat & pertinet, & spectare poterit in futurum, firmi-  
 ter & inuiolabiliter obseruari & adimpleri debere,  
 nec ab illis vllò vnquam tempore resiliiri posse, sed ad  
 illorum obseruationem perpetuò obligatos fore &  
 esse, ac ad id censuris ecclesiasticis, omnibusque Iuris  
 & facti remedijs, ac etiam pecuniarijs poenis cogi &  
 compelli posse, sicque ab omnibus & singulis censerì,  
 & ita per quoscunque Iudices, etiam Causarum Pala-  
 tij Apostolici Auditores, ac eiusdem sanctæ Romanę  
 Ecclesię Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæ-  
 que Sedis Nūtijs iudicari & diffiniri debere, Irritum-  
 que & inane quicquid secus super his à quoquam  
 quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit  
 attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris  
 Episcopis seu dilectis filijs Officialibus Meten. Vir-  
 dunen. ac Tullen. per Apostolica scripta man-

damus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentés nostras literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Petri Generalis & Seruatij ac Ioannis Abbatum, necnon Petri Desbans & Simonis ac Claudij, & Petri Thienuille, ac Ioannis Collard, Conuentuumque prædictorum aut eorum Successorum, vel cuiusuis eorum fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisdem Abbatibus & Religiosis ac Conuentibus & eorum singulis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant autoritate nostra, easdem præsentés nostras & in eis contenta quæcunque ab omnibus, ad quos spectat, & pro tēpore quomodolibet spectabit, firmiter & inuiolabiliter obseruari, **NON PERMITTENTES** eosdem Abbates & Religiosos, ac Conuentuum huiusmodi singulares personas desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, impediri aut perturbari, **Contradictores** quoslibet & rebelles per sententias, cēsuras, & pœnas ecclesiasticas aliâq; opportuna Iuris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras & pœnas, ipsas etiam iteratis vicibus aggrauādo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij secularis auxilio, **NON OBSTANTIBVS** præmissis ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ octauæ etiam prædecessoris nostri, qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem vel dioccesim nisi in certis casibus expressis & in illis ultra vnam dietam à fine suæ diocesis ad Iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem vel dioccesim, in quibus deputati fuerūt, contra quoscunque procedere, aut alij vel alijs vices suas



committere præsumant, & in Concilio generali edita  
 de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis  
 vigore præsentium ad iudicium non trahatur, nec non  
 quibusuis relaxationibus & dispensationibus à Sede  
 prædicta obtētis, vel à Capitulis generalibus dicti Or-  
 dinis factis & introductis, ac specialiter promissa per  
 Religiosos dicti Ordinis in eorum professione stabili-  
 tate, quatenus cōsuetis professionis formulis ac men-  
 sarum separatarum cōditionibus & supradictis legi-  
 bus non corresponsdeant, nec non recolendæ memo-  
 riæ Urbani tertij & Urbani quarti Romanorum Pon-  
 tificum etiam prædecessorum nostrorum desuper, a-  
 lijsque Apostolicis, ac in prouincialibus & Synodali-  
 bus etiam vniuersalibus Concilijs editis & edendis  
 specialibus vel generalibus Constitutionibus & ordi-  
 nationibus, ac Monasteriorum & Ordinis prædicto-  
 rum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel  
 quauis firmitate alia roboratis Statutis & consuetudi-  
 nibus, Priuilegijs quoque, Indultis, & literis Aposto-  
 licis, eisdem Monasterijs & Ordini, illorūmq; Con-  
 uentibus alijsque personis sub quibuscunq; tenori-  
 bus & formis & insolitis clausulis, irritantibusque &  
 alijs decretis, etiam Motu proprio, & Cōsistorialiter,  
 ac aliàs in contrarium forsan quomodolibet cōcessis,  
 confirmatis & innouatis, Quibus omnibus etiam si de  
 illis eorūmq; totis tenoribus specialis, specifica, ex-  
 pressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum; non au-  
 tem per clausulas generales idem importantes, mētio  
 seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-  
 quisita forma ad hoc seruanda foret, illis aliàs in suo  
 robore permansuris, hac vice duntaxat, harum serie  
 specialiter & expressè derogamus, cæterisq; contra-

relaxatio

mibi &amp;

dispensa

liberibus

a sede

prædicta

obstante

rijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter aut diuifim ab eadem fit Sede indultum quòd interdici, fufpendi vel excommunicati non poffint per literas Apoftolicas non facientes plenam & expreffam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentiæ generali vel fpeciali, cuiuscunque tenoris exiftat, per quam præfentibus non expreffam vel totaliter non infertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda fit in noftris literis mentio fpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftræ abfolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adiectionis, fuppletionis defectuum, decreti & derogationis infringere, vel ei temerario aufu contraire. Si quis autem hoc attentare præfumpferit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoftolorum eius fe nouerit incurfurum. Datum Romæ apud fanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millefimo feccentesimo vigefimo primo, quintodecimo Cal. Maij, Pontificatus noftri anno primo.

Eodem ipfo anno Chriftianiffimus florentiffimorum Galliæ & Nauarræ Regnorum Rex Ludouicus XIII. hanc ipfam Reformationem in omnia fuorum dominiorum Monafteria introducēdi permiffit licentiam ampliffimo hoc decreto :

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, à noz amez & feaux Confeillers les gens tenans noz Cours de Parlemens, Baillifs, Senechaux, Iuges ou leurs Lieutenans & à tous autres noz Iufticiers & Officiers qu'il appartiendra chacun endroit

foy Salut. Sçauoir faisons que nous inclinans à la tres-  
 humble supplication & requeste qui nous a esté faicte  
 par nostre amé & feal le Sieur de Rebetz Abbé Com-  
 mēdataire del' Abbaye Sainct Paul de Verdun Ordre  
 de Premonstré, NOVS auons permis & permettons  
 par ces presentes signées de nostre main, à nostre aussi  
 amé & feal le General del' Ordre dudiect Premonstré  
 & à ses Vicaires generaulx de mettre en tous les Mo-  
 nasteres dudiect Ordre qui sont en cestuy nostre Roy-  
 aume, pais, terres & Seigneuries de nostre obeissance,  
 la Reforme quel'on appelle cōmunement de Sainct  
 Norbert, ainsi qu'elle est presêtement en ladiecte Ab-  
 baye Sainct Paul de Verdun par le zele & la diligence  
 dudiect Sieur de Rebetz, & en plusieurs autres Mona-  
 steres, Et pour cet effect nous permettons aussi audiect  
 General del' Ordre & sesdicts Vicaires generaulx d'in-  
 troduire & instruire des Religieux aux Abbayes non  
 reformées, & de les tirer de celle dudiect Sainct Paul  
 & autres desia reformées, A condition toutefois que  
 ce sera du consentement des Abbez & Religieux des  
 Abbayes quel'on desire reformer & remettre en leur  
 premiere institution & ancienne discipline à l'hōneur  
 de Dieu & aduancement de son Eglise. Si vous man-  
 dons & ordonnons pout l'execution du contenu en  
 ces presentes vous ayez à assister & maintenir à vn si  
 bon œuure lediect General del' Ordre & ses Vicaires  
 generaulx, Cessans & faisans cesser tous troubles &  
 empeschemens au contraire, Car tel est nostre plaisir.  
 Donnē à Paris le vingt-deuxiesme iour de Ianuier l'an  
 de grace mil six cents vingt & vn, & de nostre regne  
 l'onzieme. Signé. LOVIS. Et plus bas. Par le Roy.  
 Signé. De Lomenie. Scellé sur simple queue du grand sceau  
 en Cire jaune.

His Pōtificio & Regio diplomatis idē Reuerēdissi-  
 mus Generalis munitus, Reformationem in Monaste-  
 rium Bellæ-vallis anno 1622. introductam, ratam &  
 gratam habuit, eamque in Monasteria Stagnense  
 & sancti Pauli Senonēsis introduci voluit, & sequente  
 anno, quando in idem Stagnense Monasterium intro-  
 ducta fuit, plurimū collaudauit; pluribus Religiosis  
 ex diuersis Ordinis Monasterijs ad Monasteria Refor-  
 mationis transmigrandi licētiā impertijt; electiones  
 Vicarij, in Reformationis Capitulo factas, authori-  
 tatis suæ calculo approbavit & confirmavit, aliāque  
 plurima synceri sui zeli & propagandæ eiusdem Re-  
 formationis desiderij argumenta toto penè sex anno-  
 rum spatio edidit, vt planè obijcere, eum nescio qua  
 fraude aut dolo à Reformatis fuisse circumuentum,  
 friuolum sit & inane. Est cur quicunque ita sentiunt,  
 suam potiùs redarguant æmulationem quàm inflam-  
 matum Reuerendissimi Generalis zelum, quali debite  
 circūspectionis legibus in hoc Reformationis opere  
 caruerit, vel ad præparati doli, quem fingūt, poculum  
 à se dimouendum satis idoneus haud fuerit. Etenim  
 de supradictis omnibus certæ, publicæ & authenticæ  
 extant tabulæ, præter innumeras penè alias familiares  
 epistolas, in quibus quantis in amoribus & pretio Re-  
 formationem huiusmodi, eiusq; Religiosos haberet,  
 verbis sanè mirificis declarauit. Ad illas autem exaran-  
 das ab Abbate Seruatio quis dolo inductū asserat? aut  
 cetè si quis fortè intercesserit, talis fuerit est necesse;  
 quo olim Apostolus sibi gratulabatur cepisse Corin-  
 thios. Ad confirmationem enim talis boni, qualis ex  
 omnium bonorum opinione est seria & stricta regu-  
 laris discipline obseruantia, aliquem inducere, est ipsi

*Fransm  
 randa  
 monaria  
 reformatione*

magnorum præmiorum thesaurum accumulare. Verum enim dum eiusmodi notæ homines Reuerendissimum Generalem à reformatis dolo captum asserūt, ne ab ipsismet eidem Reuerendissimo Generali factus sit dolus verendum est, quod eum fortè importunis nimium vexationibus seu minis ad illius boni reuocationem, quamuis ex multis argumentis inualidam, prouocarint induxerintque, illi obiectantes immeritò quòd illis suis confirmationum & introductionum Instrumentis occasionem Reformatis sese à cætero Ordine separandi præbuerit. Prouidit enim, prout prudens est & sapiens, si quispiam alius, & ita reformatos certis limitibus continuit, vt velint licet, tamen non possint Ordinis subterfugere auctoritatem, dum nimirum statuit vt Reformatorum Communitas nullum aliud nec generale nec speciale Caput habere, vocare & dicere possit præter ipsummet totius Ordinis Generalem; Vt ipsius in Communitate Vicarius, quamuis à Capitulo Communitatis electus, confirmationem ab ipso Generali petere teneatur; Vt idem Generalis, quoties voluerit, Communitatem visitare & ipsius Capitulo præesse possit; Vt Communitas omnia Ordinis Statuta, quamdiu Reformationis articulis seu conditionibus pro Communitate latis, non repugnarint, ad vnguem obseruet; Deniq; vt omnes Communitatis alumni, quando Religionis se obstringunt vinculis, Reuerendissimo Generali pro tempore existenti & Successoribus ipsius expressam promittant obedientiam.

Anno 1625. supradictum Gregorij XV. diploma fuit generali Capitulo, Præmonstrati celebrato, præsentatum, illius autem examen in generale Capitulum

proximum celebrandum, dilatatum, & tandem anno 1627. à generali Capitulo, tanquam subreptitium seu obreptitium, reiectum; immò Capituli Patres illud ipsum diploma eò quòd in præiudicium Ordinis verge- re iudicabant, Romano tribunali censuerunt exhibendum, & ad illius exhibitionis opus Reuerendum Dominum Abbatem Niniuensem constituerunt in Romana Curia Procuratorem, qui mox vt Romam peruenit, Reformatos ad sacræ Romæ Auditorium hoc Instrumento citari curauit.

*Citati*  
*reformati*

AMATVS DVNOZETTVS Iuris vtriusque Doctor, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Capellanus, & ipsius Sacri Palatii Apostolici Causarum Rotæ Auditor, Causæque & Causis huiusmodi ac partibus infrascriptis Iudex Commissarius, ab eodem Sanctissimo Domino nostro Papa specialiter & expressè deputatus, VNIVERSIS & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cætoribus, Thesaurarijs, Sacristis tam Cathedralium ac Metropolitanarum quàm Collegiatarum Canonicis, parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus seu locatenentibus, eorùmque Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis & non Curatis, Vicarijs perpetuis, Alaristis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscunque, per Ciuitatem & Diocesim Tullensem ac aliàs vbilibet constitutis, illique vel illis, ad quem vel ad quos præsentibus nostræ literæ peruenerint, & quibus præsentantur, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS quòd nuper Sanctissimus in Christo Pater Dominus Noster Dominus Urbanus diuina pro-

uidentia Papa octauus quondam Commissionis siue  
 supplicationis papyri schedulam, aliam supplicatio-  
 nem, per concessum expeditam, in eius capite haben-  
 tem, nobis per vnum ex suis Curtoribus præsentari  
 fecit tenoris subsequenti, videlicet: **BEATISSIME**  
**PATER**, Exponitur humiliter Sãditati Vestræ ex parte  
 deuotorum illius Oratorum Seruatij de Lairuelz Ab-  
 batis Monasterij Beatæ Mariæ Maioris, Oppidi de  
 Mussiponto, Ordinis Præmonstratensis, Tullensis  
 diocælis, necnon Vicarij Communitatis antiqui ri-  
 goris nuncupatæ, eiusdem Ordinis, authoritate Apo-  
 stolica erectæ, nomine Communitatis prædictæ, quòd  
 cùm aliàs fœlicis recordationis Paulus Papa quintus,  
 Sanctitatis Vestræ prædecessor, vnã Congregatio-  
 nem generalem aliquorum Monasteriorum & ali-  
 quarum personarum Ordinis prædicti, qui vitam iuxta  
 antiquum dicti Ordinis rigorem ducere deberent, de  
 consensu, seu potius ad præces Generalis tũc existen-  
 tis, Ordinis prædicti, cum decreto quòd dictus Gene-  
 ralis illam illiusque loca & personas per seipsum tan-  
 rùm visitare possit, Apostolica authoritate erexisset, &  
 pro illius meliori directione & regimine, incremen-  
 tóque nonnulla Statuta, per aliquas personas, quæ  
 dictæ Communitati initium dederant, condita, seu  
 ordinationes factas laudâsset & approbâsset: Postmo-  
 dùmque similis recordationis Gregorius XV. etiam  
 prædecessor, non solum omnia per dictum prædeces-  
 sorem facta approbasset, sed etiam pro maiori dictæ  
 Communitatis decore, propagatione & ornamẽto,  
 accedente etiam tunc existẽtis Generalis assensu, quin-  
 immò ad expressas etiam illius preces, nonnulla alia  
 Statuta & media inita & stabilita, simili authoritate

Supplicatio  
 ad usum  
 committitur  
 signatur

Tullensis

confirmâisset : Vt propterea circa præmissorum executionem, obseruantiam, & vsum nemo, & præsertim dictus Generalis, vel quilibet ab eo delegatus, deberet tergiuersari: Nihilominus modernus Generalis prædictus, seu eius nomine & mandato quidam pro Abbate Monasterij Iustimontis nuncupati, eiusdem Ordinis, Metensis Diœcesis, segerens, alijque forsân illis adhærentes aduersarij nonnulla decreta & stabilitimenta, prioribus, autoritate Apostolica confirmatis, contraria, quinimmò in Communitatis euerisionem, effectum & executionem, Statutorumque illius obseruationem & receptionem tendentia, ediderunt & protulerunt, à quibus propterea, vti notoria grauamina inferentibus, habita notitia, appellatum fuit, & de nullitate dictum. **DIGNETVR** igitur Sanctitas Vestra causam appellationis & appellationum huiusmodi, nullitatis ex tribus iniquitatis & iniustitiæ, attentatorumque & innouatorum quorumcunque, restitutionis in integrum, prout de Iure, aduersus quæcunque præiudicialia, saltem ex clausula Si qua mihi ac quam & quas Oratores prædicti & reliqui illis adhærere volentes, habent & mouent, haberéq; & mouere intendunt, de & super præmissis omnibus & singulis, vnâ cum illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, totòque negotio principali, alicui probo viro illarum partium, in dignitate Ecclesiastica constituto, audiendas cõmittere, cum facultate citandi, etiam per edictum, dictum Generalem, Abbatémque prædictum Iustimontis, ac quosuis alios, sua in præmissis interesse putantes, illisque & quibus videbitur, sub sententijs, censuris & pœnis &c. inhibendi, Contradictores, attentatâque ac

*Comitatus  
dignitate  
pro viro  
illorum partium*



innouata quæcunque, prout de Iure, reuocandi, fataliâque, quatenus durent, arbitrio suo prorogandi, & quatenus lapsa sint, Oratores dictamque Communitatem, ac quos opus erit, in integrum aduersus quorumuis fatalium & temporis lapsum, rem iudicatam, & quæuis præiudicialia, prout de Iure, restituendi, eandemque Communitatem & illius personas in sua possessione manutenendi, aliâque faciendi, dicendi, præmissis ac fœlicis recordationis Bonifacij VIII. Sanctitatis Vestræ prædecessoris, de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò non vltra tres, cæterisque contrarijs non obstantibus &c. Concessum vt petitur in præsentia Domini Nostri Papæ. Lucas Antonius Virilis. Et cum absolute à censuris ad effectum &c. & per Breue Sanctitatis Vestræ seu officiariorum Contradictoriarum expediendum. Concessum. Lucas Antonius Virilis. BEATISSIME PATER, *supplicat pater noster nra r. b. n. ubi s. R.*  
 Quamuis Capitulum generale Canonorum Præmonstratensium, Ordinis Sancti Norberti, per priuilegia Apostolica semper fuerit & etiam nunc sit in pacifica possessione condendi quæcunque Statuta salutaria & opportuna pro vniuersis Canonicis ac Abbatijs dicti Ordinis, Nihilominus Seruatius de Lairuelz Abbas Beatæ Mariæ Mussipontanæ, necnon diuersa alia Monasteria eiusdem Ordinis Sancti Norberti, ac prætensus Vicarius assertæ Communitatis antiqui rigoris nuncupatæ, eiusdem Ordinis, per præinsertam prætenderunt alicui probo viro illarum partium, in dignitate Ecclesiastica cõstituto, committere causam appellationis & appellationum à decretis Capituli generalis interpositarum. Verùm, PATER SANCTE, cum aduersarij, tāquam membra dicti Ordinis Sancti Nor-

betti, sint immediatè Sanctitati Vestræ subiecti, in vim  
priuilegiorum Apostolicorum, dicto Ordini concess-  
torum, de quorū interpretatione in discussione istius  
Causæ est agendum, ac propterea ista Causa sit Cu-  
 rialis, & non ad partes remittenda, SUPPLICANT pro-  
 pterea humiliter eidem Sanctitati Vestræ Abbas Pre-  
 monstratensis & Capitulum generale dicti Ordinis  
 Sancti Norberti, quatenus præfatam causam, nec non  
 quam & quas dicti Oratores habent & mouent, habe-  
 réque & mouere volunt & intendunt contra præfa-  
 tos aduersarios, omnesque alios &c. de & super præ-  
 missis, rebúsque alijs &c. nec non restitutionis in inte-  
 grum aduersus quæcunque præiudicialia cum omni-  
 bus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus,  
 annexis & connexis, totoque negotio principali, &  
 tam coniunctim quam diuisim, alicui ex sacri vestri  
 Palatii Apostolici Causarum Rotæ Auditoribus seu  
 locumtenentibus, summarie, & prout in beneficiali-  
 bus, audiendas, cognoscendas, decidendas, finéque  
 debito terminandas, & prout Iuris fuerit, committere  
 & mandare dignetur cum facultate citandi & inhibendi  
 quos, quibus, quoties, quādo & vbi opus fuerit, etiam  
 per edictum publicum, constituto summarie & extra-  
 iudicialiter de non tuto accessu, & sub censuris & pœ-  
 nis, eius arbitrio, seruata tamen forma Concilij Tri-  
 dentini, infligendis & applicandis, brachiūque se-  
 culare, quatenus opus, inuocandi, aliæque faciendi,  
 dicendi, gerendi, exercendi & exequendi in præmissis  
 & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna,  
 præmissis Constitutionibus & ordinationibus stylo  
 Palatii ceterisque non obstantibus quibuscunque sta-  
 tum habentibus. DE MANDATO Domini Nostri Pa-

Rotæ  
 auditori-  
 bus comit-  
 bus dignetur

de mandato d. n. p.

pa

pæ audiat Magister AMATVS, citet, inhibeat, etiam sub  
 censuris, procedat vt petitur, & iustitiam faciat. Placet  
 Domino Nostro Papæ. L. A. Virilis. CVIVS QVI-  
 DEM COMMISSIONIS vigore sumus pro parte Reue-  
 rendissimi D. Abbatis Præmonstratensis & Capituli  
 generalis Ordinis Sancti Norberti principalium in-  
 stanter requisiti, quatenus sibi Citationem cum inhi-  
 bitione contra Reuerendum Dominum Seruatium  
 de Lairuelz Abbatem Monasterij Oppidi Mussipōti,  
 dicti Ordinis Præmonstratensis, & Vicarium Com-  
 munitatis rigoris nuncupati, eiusdem Ordinis Præ-  
 monstratensis, ex aduerso principalium, omnesque  
 alios in executione præsentium nominandos & co-  
 gnominandos, iuxta prædictam Commissionem, de-  
 cernere & concedere dignaremur. NOS IGITUR  
 AMATVS DVNOZETTUS Auditor & Iudex præfatus, <sup>citatio</sup>  
 volentes ea, quæ nobis committuntur, executioni de- <sup>partibus</sup>  
 mandare, & partibus prædictis iustitiam ministrare,  
 Vobis omnibus supradictis, & vestrum cuilibet, qui-  
 bus præsentibus nostræ literæ diriguntur, tenore præ-  
 sentium, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub ex-  
 communicationis pœna, committimus, & districtè  
 præcipiendo mandamus, quatenus visis & receptis  
 præsentibus, vos vel quicumque vestrum fuerit requi-  
 situs, ex parte nostra, immò veriùs Apostolica autho-  
 ritate, prædictos Reuerendum Dominum Abbatem  
 Oppidi Mussipontani & Vicarium ex aduerso prin-  
 cipales, omnesque alios, de quibus fueritis requisiti,  
 vel alter vestrum fuerit requisitus, in ipsorum proprijs  
 personis, si eas commodè habere poteritis, alioquin  
 in hospitij eorundem, si vobis tutus patuerit acces-  
 sus, sin minus in Ecclesia Cathedrali Tullensi, aut alijs

quibuscunque ecclesiasticis & locis publicis, vbi & quādo opus fuerit, infra diuinarum horarum solemnitas, publicè, alta & intelligibili voce peremptoriè citare curetis, prout nos citamus per præsentem, quatenus sexagesima die proximè futura post citationem eis factam compareant in iudicio legitimè coram Nobis per se vel Procuratorem idoneum cum omnibus iuribus & munimentis, causam huiusmodi tangentibus, supradictis Generali & illi adhærentibus principalibus de iustitia responsuri, aliâque facturi & dicturi quicquid iustitia suadebit, Certificantes sic Citatos quòd siue in dicto Citationis termino cõparuerint siue non, Nos ad præmissa omnia, & alia grauiora Iuris remedia procedemus iustitia mediante, Citatorum contra in aliquo non obstante. ET INSVPER ne lite huiusmodi coram Nobis sic pendente aliquid in partibus sit innouandum, idcirco Vobis omnibus supradictis & vestrum cuilibet authoritate Apostolica, supradictis modo & forma, tenore præsentium mandamus quatenus citatione prædicta executâ, Illustrissimòque Episcopo Tullensi, eius vero Vicario seu Officiali generali in spiritualibus & temporalibus, cæterisque Iudicibus, quacunque authoritate fungentibus, nec non dictis Abbati Beatæ Mariæ Mussiponti & Vicario Communitatis rigoris nuncupati ex aduerso principalibus, omnibusque alijs sua quomodolibet in præmissis interesse habere putantibus, de quibus fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, inhibeatis, & inhibendo expressè præcipiatis, prout nos tenore præsentium inhibemus & præcipimus expressè, ne ~~in~~ communicationis alijsque sententijs, censuris & pœnis ecclesiasticis (excepto tamen prædicto Illu-

strissimo Domino Episcopo Tullensi) ne in nostræ  
 Iurisdictionis & litis pendentix huiusmodi vilipen-  
 dium, dictorumque Dominorum Abbatis & illi ad-  
 herentiũ principalium, Iurisque eorum præiudicium  
 & grauamẽ, quicquam innouare præsumant, seu præ-  
 sumat, per se vel alium, quouis quæsito colore. Quod  
 si secus factum fuerit, id totum reuocare & in pristi-  
 num statum reducere curabimus iustitia mediante.  
 Absolutionem verò omnium & singulorum, præsen-  
 tes nostras sententias incurrentium quoquo modo,  
 Nobis vel Superiori nostro tãtummodò reseruamus.  
 IN QVORVM omnium & singulorum præmissorum  
 fidem & testimonium præsentis exinde fieri, & per  
 Notarium publicum nostrũque & coram Nobis  
 Scribam infra scriptum subscribi & publicari manda-  
 uimus, sigillique nostri iussimus aut alterius Coaudi-  
 toris appensione communiri. DATVM ROMAE ex æ-  
 dibus nostris sub anno Domini millesimo sexcente-  
 simo vigesimo octauo, Indictione vndecima, die verò 1628  
 Sabbati quinta mensis Februarij, Pontificatus autem  
 Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri Do-  
 mini Urbani diuina prouidentia Papæ octauo anno  
 eius quinto, præsentibus Dominis Clearro Busco &  
 Ioanne Francisco Cartonio Connotarijs dicti sacri  
 Palatij, testibus ad præmissa vocatis. *Sic est subscriptum.*  
 Et quia D. Iacobus Martinellus publicus Sacri Pala-  
 tij Apostolici Causarum Rotæ Notarius de præmissis  
 rogatus fuit, ideo ego Guerinus Facina eiusdem Sacri  
 Palatij Apostolici Causarum Rotæ Connotarius, pro  
 eo præsens publicum Citationis cum Inhibitione In-  
 strumentum subscripsi & signaui requisitus.

CONTROVERSIA coram Rotæ Auditoribus proposita,

idem Reuerendissimus Amatus Dunozet, cōtrouersia Index & Commissarius Apostolicus, contra eos qui Reformationem memoratam impediabant vel impedire volebant, hanc edidit Inhibitionem.

*Inhibitione  
cōtatis.* AMATVS DVNOZETTVS Iuris vtriusque Doctor, Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius sacri Palatii Apostolici causarum causæque & causas ac partibus infra scriptis Auditor & Iudex Cōmissarius, ab eodem Domino nostro Papa specialiter deputatus, Vniuersis & singulis Dominis Abbatibus, Priorib<sup>o</sup>, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu loca-tenentibus eorundem, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscunque, vbicumque cōstitutis, & eorum cuilibet in solidum, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos præsentis nostræ literæ peruenerint, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quòd aliàs introducta in Romana Curia & in sacro Rotæ Auditotio eorum Nobis vigore cōmissionis nobis ex parte Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & per vnum ex suis Cursoribus, vt moris est, præsentatæ, hîc autem breuitatis causa inseri omisæ, inter Reuerēdissimum Dominum Abbatem Generalem Ordinis Præmonstratensis, & forsā alios ex vna, ac Reuerendos Patres F. Claudium Morizet Priorem Miræ-Vallis, & F. Petrum Thiëuille Suppriorē Sancti Pauli Viridunēsis, Ordinis Præmonstratensis, Religiosos, ac Communitatem antiqui rigoris eiusdem Ordinis Præmonstratensis, de & super

Iurisdictione rebusque alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione, partibus ex altera. Qua quidem causa sic coram nobis, ut præfertur, pendente, fuit nuper Nobis pro parte eorumdem Patrum Fratrum Claudij Morizet, & Petri Thienuille, ac dictæ Communitatis antiqui rigoris, dicti Ordinis, principalium, expositum cum querela quod dictus Reuerendissimus Dominus Abbas Generalis dicti Ordinis Præmōstratensis ex aduerso principalis, & forsan nonnulli illius æmuli, non obstante litis pendentia huiusmodi, attentando & innouando, eosdem Reuerendos Patres Fratres Claudium Morizet & Petrum Thienuille, ac dictam Communitatem antiqui rigoris, dicti Ordinis, molestant & perturbant, in graue illorum Iurisq; eorum præiudicium & grauamen, nec non litis pendentiz huiusmodi & Iurisdictionis Rotalis vilipendium & contemptum, & propterea de opportuno desuper remedio prouideri, literasque inhibitorias desuper necessarias sibi decerni & concedi apud Nos pro illorum parte instatum fuit & postularum. Nos igitur Amatus Dunoertzus Auditor & Iudex Commissarius supradictus, attendentes instantiam & postulationem præfatas fore iustas, quodque lite & causa sicut præmittitur coram Nobis pendente, nihil sit alibi quàm coram Nobis quoquo modo attentandum seu innouandum, Quapropter vos omnes & singulos præfatos, quibus præsentis nostræ literæ diriguntur, & vestrum quemlibet in solidum, tenore præsentium requirimus & monemus, vobisque & vestrum euilibet in solidum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena, committimus & mandamus quatenus sta-

no existant  
exp. d. h. b. a. n.

14  
tim & quoties pro parte dictorum Reuerendorum  
Patrū Fratris Claudij Morizet & Fratris Petri Thien-  
uille, ac Communitatis antiqui rigoris, dicti Ordinis,  
principalium, fueritis requisiti, seu vestrum aliquis  
fuerit requisitus, præfato Reuerendissimo Domino  
Abbati Generali dicti Ordinis Præmonstratensis, ex  
aduerso principali, omnibusque & singulis alijs qui-  
buscunque, etiam quacūque dignitate & autoritate  
fungentibus & functionibus, de quibus pro parte dicto-  
rum Reuerendorum Patrum Fratrum Claudij Mori-  
zet & Petri Thienuille, ac Communitatis antiqui ri-  
goris, dicti Ordinis Præmonstratensis, principalium,  
fueritis requisiti, seu vestrum aliquis fuerit requisitus,  
sub excommunicationis, suspensionis & Interdicti,  
alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, ac mille du-  
catorum auri de camera pœnis, inhibeatis, & vestrum  
quilibet inhibeat, prout nos etiam tenore præsentium  
sic inhibemus, ne ipsi, seu eorum aliquis in causa &  
causis huiusmodi, sic coram Nobis indecisus penden-  
tibus, quicquam in dictorum Reuerendorum Patrum  
Fratris Claudij Morizet & Petri Thienuille, & Com-  
munitatis antiqui rigoris, dicti Ordinis Præmonstra-  
tensis, principalium, iurisque illorum præiudicium &  
grauamen, nec non litis pendentis huiusmodi coram  
Nobis vilipendium & contemptum, alibi quàm co-  
ram Nobis quoquo modo, etiam quouis pretextu, co-  
lore, vel ingenio, attentare seu innouare, vel proce-  
dere, aut aliquid facere audeant seu præsumant, seu  
eorum aliquis audeat seu præsumat. Quod si secus fa-  
ctum fuerit, id totum reuocare & in statum pristinum  
reducere, ac ad pœnarum & censurarum præfatarum  
executionem procedere curabimus Iustitia medjate.



absolutionem verò præmissorum nobis vel Superiori nostro tantummodo reseruamus. IN QVORVM OMNIVM ET SINGVLORVM fidem, & testimoniū præmissorū has præsentēs exinde fieri, & per Notariū publicum infrascriptū subscribi & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus & fecimus appensione muniri. Datum & actum Romæ in ædibus nostris, sub anno Domini 1628. Indictione decima, die vigesima nona mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Domini Vrbani diuina prouidētia Papæ octauo anno eius quinto, præsentibus ibidem Iacobo Pistoilo & Dominico de Filibertis sacri Palatij Apostolici causarum Rotæ Notarijs scribisque nostris, testibus ad præmissa omnia & singula vocatis atq; rogatis. *Sic est subscriptum.* Et quia Dominus Iacobus Martinellus sacri Palatij Apostolici causarum Notarius publicus de præmissis rogatus fuit, ideo ego Ioannes Fourins eiusdem sacri Palatij Apostolici causarum Cōnotarius, præfens instrumentum pro eo subscripsi & publicari requisitus.

1628

Hac Inhibitionē facta fuit, in eiusdem Rotæ Auditorio super validitate seu inualiditate dictæ Reformationis disputatum, & tandem post aliquot Decisiones in fauorem eiusdem Reformationis datas, hoc celebre Mandatum à prædicto Auditorio emanauit:

mandatum emanat tenend.

GLORIOSISSIMO & Inuictissimo Principi & Domino D. FERDINANDO Romanorum Imperatori semper Augusto, necnon Christianissimo atque Potentissimo Principi & Domino D. LVDOVICO Francorum Regi, ac Serenissimo & Potentissimo Principi Domino Domino PHILIPPO diuina fauente clemētia Hispaniarum Regi Catholico, ac etiam Serenissimo

Principi & Domino D. CAROLO Lotharingę Ducę  
 aliorumq; respectiuè Principatum & Dominiorum  
 Vestrorum foelicis prosperitatis augmētum; Nec non  
 Reuerendissimis ac Reuerendis in Christo Patribus  
 & Dominis Dominis Archiepiscopis & Episcopis  
 quibuscunq; vbilibet constitutis, eorumque & cui-  
 uslibet ipsorum in Spiritualibus & temporalibus Vi-  
 carijs seu Officialibus, VNIVERSIS quoque & sin-  
 gulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, De-  
 canis, Archidiaconis, Scholasticis, Archipresbyte-  
 ris, Primicerijs, Cantoribus, Custodibus, Thesaura-  
 rijs, Succētoribus, Sacristis, tam Cathedralium etiam  
 Metropolitanarum, quàm Collegiatarum Canoni-  
 cis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus seu  
 loca tenentibus eorundem, Plebanis, Viceplebanis,  
 Capellanis, Curatis & non Curatis, Vicarijs perpe-  
 tuis, Altaristis, Cæterisque Presbyteris, Clericis, No-  
 tarijs & Tabellionibus publicis, ac Monasteriorum &  
 Ordinum quorumcunq; Generalibus, Prouinciali-  
 bus, Ministris, Prioribus, Guardianis, Rectoribus,  
 Custodibus, etiam Domorum & Cōuentuum quo-  
 rumcunq; Fratibus & Monachis, Regularibus &  
 Conuentualibus, exemptis & non exemptis, vbicun-  
 que constitutis, nec non Illustrissimis Principibus,  
 Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Lantgrauijs,  
 Vicecomitibus, Baronibus, Capitaneis, Potestatibus,  
 Cæterisque alijs Dominis & personis, quamcunq;  
 Iurisdictionem spiritualem, tempora'em, & ordina-  
 riam per se, vel alium, seu alios mediatè vel immediatè  
 vbicunq; pro tempore exercentibus, ac vbilibet  
 constitutis, & eorum cuilibet in solidum, & præsertim  
 Reuerendissimo Domino Abbati Generali & Capi-  
 tulo

tulo etiam generali totius Ordinis Præmonstratensis, Vicarijs etiam & Visitatoribus, alijsque Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & quibusvis alijs Fratribus, Ministris & Officialibus eiusdem Ordinis Præmonstratensis, quomòdocūque nuncupatis, ex aduerso principalibus infra scriptis, omnibusque alijs & singulis, quorum interest, intererit, seu quomodolibet interesse poterit in futurum, etiam quibuscūque nominibus censeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, **AMATVS DVNOZET** Iuris vtriusque Doctor, Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius Sacri Palatii Apostolici Causarum Rotæ Auditor, Iudexque Cōmissarius in Causa & Causis infra scriptis ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. **NOVERITIS** quòd aliàs Sanctissimus in Christo Pater & Dominus Noster, Dominus Urbanus diuina providentia Papa octauus, quãdam Commissionis causæ siue supplicationis schedulam, copiam alterius in eius capite præinsertam habètem, nobis dirigi mandauit, ac per vnum ex suis Cursoribus præsentari fecit, quam Nos cum ea qua deuit reuerentia recepimus, huiusmodi sub tenore videlicet : **BEATISSIME PATER**, Exponitur humiliter Sanctitati Vestrę pro parte deuotorum illius Oratorum Seruatij de Laituelz Abbatis Monasterij Beatæ Mariæ Maioris Oppidi de Mussipontò, Ordinis Præmonstratensis, Tullenis Diocæsis, necnon Vicarij Communitatis antiqui rigoris nuncupatæ, eiusdem Ordinis, auctoritate Apostolica creatæ, nomine Communitatis prædictæ, quòd cum aliàs felicitis recordationis Paulus

Papa quintus, Sanctitatis Vestrae prædecessor, vnam Congregationem generalem aliquorum Monasteriorum & aliquarum personarum Ordinis prædicti, qui vitam iuxta antiquum dicti Ordinis rigorem ducere deberent, de consensu, seu potius ad preces Generalis tunc existentis, Ordinis prædicti, cum decreto quòd dictus Generalis illam, illiusque loca & personas per seipsum tantum visitare possit, Apostolica auctoritate crexisset, & pro illius meliori directione, & regimine, Incrementoque nonnulla statuta per aliquot personas, quæ dictæ Communitati initium dederant, condita, seu Ordinationes factas laudasset, & approbasset, postmodumque similis recordationis Gregorius decimus quintus, etiam Prædecessor, non solum omnia per dictum Prædecessorem facta approbasset, sed etiam pro maiori dictæ Communitatis decore, propagatione, & ornamento, accedente etiam tunc existentis Generalis assensu, quinimmò ad expressas etiam illius preces, nonnulla alia statuta & media inita & stabilita, simili auctoritate cõfirmasset, & propterea circa præmissorum executionem, obseruantiam, & vsum, nemo & præsertim dictus Generalis, vel quilibet ab eo delegatus deberet tergiuersari, Nihilominus modernus Generalis prædictus, seu nomine & mandato eius quidam pro Abbate Monasterij Iustimontis nuncupati, eiusdem Ordinis, Metensis Diocesis, se gerens, alijque forsan illis adhærentes aduersarij nonnulla decreta & stabilimenta, prioribus, auctoritate Apostolica confirmatis, contraria, quinimmò in Communitatis prædictæ euersionem, effectum, & executionem, statutorumq; illius obseruationem, & receptionem tendentia, ediderunt & protulerunt,

à quibus propterea, vti notoria grauamina inferentibus, habita notitia, appellatum fuit & de nullitate dictum. Dignetur itaque Sanctitas Vestra Causam & Causas appellationis & appellationum huiusmodi nullitatis ex tribus iniquitatis & iniustitiæ, attentatorumque & innouatorum quorumcunque, restitutionis in integrum, prout de Iure, aduersus quæcunque præiudicialia, saltem ex clausula generali si qua mihi &c. ac quam, & quas Oratores prædicti, & reliqui illis adherere volentes habent, & mouent, haberéque & mouere volunt & intendunt de & super præmissis omnibus & singulis vnà cum illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totóque negotio principali, Alicui probo viro illarum partium, in dignitate Ecclesiastica constituto, audiendas &c. committere &c. cum facultate citandi etiam per edictum publicum dictum Generalem, Abbatem prædictum Iustimontis, ac quosuis alios sua in præmissis interessé putantes, illisque & quibus videbitur, sub sententijs, censuris & pœnis inhihendi, Contra dictores &c. attentatáque & innouata quæcunque, prout de Iure, reuocandi, fataliaque quatenus durent, arbitrio suo prorogandi, & quatenus lapsa sint, Oratores, dictamque Communitatem, ac quos opus erit, in integrum aduersus quorumuis fatalium & tēporis lapsum, rem iudicatam, & quæuis præiudicialia, prout de iure, restituendi, eandémque Communitatem & illius personas in sua possessione manutenēdi, aliaque faciendi, dicendi &c. præmissis ac foelicis recordationi Bonifacij octauæ Sanctitatis Vestræ prædecessoris de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres &c. Cæterisq; contrarijs quibuscun-

que non obstantibus. Concessum vt petitur in præsentia Domini Nostri Papæ. L. A. Virilis, & cum absolute à cēsuris ad effectum &c. & per Breue Sanctitatis vestræ seu officiariorum Contradictoriarum expediendum. Concessum. L. A. Virilis. Ex signatura parte audita. BEATISSIME PATER, Quamuis Capitulum generale Canonicorum Præmonstratensium, Ordinis sancti Norberti, per priuilegia Apostolica semper fuerit & etiam nunc sit in pacifica possessione condendi quecunque statuta salutaria & opportuna pro vniuersis Canonicis & Abbatibus dicti Ordinis, Nihilominus Seruatius de Laituelz Abbas Beatæ Mariæ Mussipontanæ, necnon diuersa alia Monasteria, eiusdem Ordinis Sancti Norberti, ac prætenus Vicarius assertæ Cōmunitatis antiqui rigoris nuncupatæ, eiusdem Ordinis, per præinsertam prætenderunt alicui probo Viro illarum partium, in dignitate Ecclesiastica constituto, committere Causam appellationis & appellationum à decretis Capituli generalis interpositarum. Verum, PATER SANCTE, cum Aduersarij, tanquam membra dicti Ordinis Sancti Norberti, sint immediatè Sanctitati Vestræ subiecti in vim priuilegiorum Apostolicorum, dicto Ordini concessorum, de quorum interpretatione in discussione istius Cause est agendum, ac propterea ista Causa sit Curialis, & non ad partes committenda, Supplicant propterea humiliter eidem Sanctitati Vestræ Abbas Præmonstratensis & Capitulum generale dicti Ordinis Sancti Norberti, quatenus prædictam causam, necnon quam & quas dicti Oratores habent & mouent, haberéque & mouere volunt & intendunt contra prædictos aduersarios omnesque alios &c. de & super præmissis,

rebusque alijs &c. nec non restitutionis in integrum  
 aduersus quæcunque præiudicialia cum omnibus suis  
 incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis  
 & connexis, totòque negotio principali, & tam con-  
 iunctim quam diuisim, alicui ex vestri Sacri Palatii A-  
 postolici Rotæ Auditoribus seu locum tenentibus  
 summarè & prout in beneficalibus audiendas, cõ-  
 gnoscendas &, prout Iuris fuerit, terminandas com-  
 mittere & mandare dignetur cum facultate citandi &  
 inhibendi quos, quibus, quoties, quando & vbi opus  
 fuerit, etiam per edictum publicum, constituto sum-  
 mariè & extraiudicialiter de non tuto accessu, etiam  
 sub censuris & pœnis, eius arbitrio, seruata tamen  
 forma sacri Concilij Tridentini, infligendis & appli-  
 candis, brachiũmque seculare, quatenus opus, inuo-  
 candi, aliàque faciendi, dicendi, gerendi, exercendi &  
 exequendi in præmissis & circa ea necessaria seu quo-  
 modolibet opportuna. Præmissis Constitutionibus &  
 Ordinationibus Apostolicis stylo Palatii cæterisque  
 contrarijs non obstantibus quibuscunque statum &c.  
 habentibus. DE MANDATO DOMINI Nostri Papæ au-  
 diat Magister Amatus, citet, inhibeat, etiam sub cen-  
 suris, procedat vt petitur, & iustitiam faciat. Placet  
 Domino Nostro Papæ. L. A. Virilis. CUIVS QUIDEM  
 COMMISSIONIS vigore Nos in Causa & Causis huius-  
 modi, sicut præmittitur coram nobis introductis, &  
 inter partes prædictas, seu veriùs earum Procuratores,  
 ritè procedentes, Illàque per Nos, partibus hinc inde  
 desuper, vt moris est, informantibus & auditis, in Ro-  
 ta proposita, & inibi vtilata & maturè discussa, Tan-  
 dem verò fuit resolutum Reuerendos Patres & Ca-  
 nonicos Regulares Communitatis antiqui rigoris,

dicti Ordinis Præmonstratensis, iuxta formam Deci-  
 sionum in Rota factarum, & in fine præsentis Instru-  
 menti relatarum & insertarum, fore & esse in sua pos-  
 sessione manutenendos & conseruandos. Quibus  
 stantibus comparuit in Iudicio coram Nobis Reue-  
 rendus Pater Frater Claudius Morizet Monasterij  
 Beatæ Mariæ Miræ-Vallis Prior, in Romana Curia  
 Causarum & prædictæ Communitatis antiqui rigoris,  
 Ordinis Præmonstratensis, principalis Procurator (&  
 Domino Gerardo Meys in eadem Romana Curia  
 Causarum & Reuerendissimi Domini Abbatis & Ca-  
 pituli generalis, Ordinis Præmonstratensis, ex aduerso  
 principalium Procuratore, vt moris est, citato) in pos-  
 sessione exercendi quæcunque spectant ad Reforma-  
 tionem antiqui rigoris, de quo agitur, manuteneri  
 mandari, mandatúmque de manutenendo desuper  
 necessarium & opportunum sibi decerni & concedi  
 per Nos debita cum instantia postulauit. Nos TVNC  
 AMATVS DVNOZET Auditor & Iudex Commissarius  
 supradictus, attendentes postulationem huiusmodi  
 fore iustam & rationi consonam esse, quodque iusta  
 petenti non est denegandus assensus, Idcirco aucto-  
 ritate Apostolica Nobis commissa, & qua fungimur  
 in hac parte, Reuerendos Patres & Canonicos Regu-  
 lares Communitatis antiqui rigoris eiusdem Ordinis  
 Præmonstratensis principales in corporali, reali, actuali  
 possessione exercendi omnia & singula Reforma-  
 tionem antiqui rigoris, de qua agitur, concernētia, iuxta  
 & secundum formam & tenorem Decisionum desu-  
 per in huiusmodi Causa habitarum & factarum, de  
 Dominorum Coauditorum nostrorum consilio &  
 assensu, quibus de præmissis relationem plenariam fe-

parato  
 rre

remane  
 tunc



cimus & fidelem (prædicto ex aduerso Procuratore  
 desuper, vt præfertur, personaliter citato) manuteneri  
 & defendi mandandum duximus & mandauimus,  
 prout mandamus, mandatūque de manutenedo  
 desuper necessarium & opportunum decreuimus &  
 concessimus, prout decernimus & concedimus per  
 præsentés. *QVAE OMNIA* & singula præmissa Vobis  
 omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuiuslibet in  
 solidum, tenore præsentium intimamus, insinuamus,  
 & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum  
 notitiam deducimus & deduci volumus. Vosque ni-  
 hilominus & vestrum quemlibet in solidum, earūdem  
 tenore præsentium, requirimus & monemus, nec non  
 Vobis & vestrum cuiuslibet in virtute sanctæ Obedientiæ  
 & sub excommunicationis poena committimus &  
 mandamus quatenus statim postquam pro parte di-  
 ctorum Reuerendorum Patrum & Canonicorum  
 Regularium Communitatis antiqui rigoris, eiusdem  
 Ordinis Præmonstratensis principalium, fueritis re-  
 quiriti, seu vestrum aliquis fuerit requisitus, eosdem  
 Reuerendos Patres & Canonicos Communitatis ri-  
 goris prædicti, principales in corporali, reali & actuali  
 possessione exercendi quæcunque concernunt Re-  
 formationem prædictam, manuteneatis, tueamini ac  
 defendatis, & vestrum quilibet desuper requisitus  
 manuteneat, tueatur ac defendat, nec permittatis eos  
 desuper à quibusuis personis, sub quouis quæsito co-  
 lore, prætextu vel ingenio, etiam directè vel indirectè,  
 per se vel alium seu alios quomodolibet molestari,  
 impediri, perturbari, vel inquietari; Immò eisdem &  
 quibus opus fuerit, auctoritate nostra, immò veriùs  
 Apostolica, etiam sub excommunicationis & alijs

quibusuis pœnis pecuniariis, arbitrio nostro impo-  
 nendis, & infligendis, expressè, quatenus opus sit in-  
 hibebatis, Quibus nos etiam & eorum cuilibet simili  
 modo inhibemus per præsentés, ne ipsi seu eorum ali-  
 quis eosdem Reuerendos Patres & Canonicos Com-  
 munitatis, antiqui rigoris prædicti, principales, quo-  
 quomodo & quouis quæsito colore, prætextu vel in-  
 genio, directè vel indirectè, per se, vel alium, seu alios  
 de & super præmissis impedire, molestare, perturbare,  
 vel inquietare, nec quicquam in dictorum Patrum &  
 Canonicorū dictæ Cōmunitatis antiqui rigoris prin-  
 cipaliū, Iurisq; illorū præiudiciū & grauamen, nec non  
 litis pendentia huiusmodi coram nobis vilipendiū &  
 contemptum aliàs attentare seu in nouare audeāt seu  
 præsumant, siue audeat vel præsumat. Quod si secus  
 factum fuerit, id totum reuocare, & in statum pristi-  
 num reducere curabimus, iustitia mediante. **S V A S**  
**MAIESTATES** Imperialem, Regales, & Ducalem Cel-  
 situdinem respectiue antedictas (quas ob reuerētiam  
 nostris censuris ligari nolumus) ad præmissorum exe-  
 cutionem efficaciter adimplēdam in Domino exhor-  
 tantes; Archiepiscopi autem & Episcopi prædicti sub  
 interdicto ingressus Ecclesiæ tantum, Ceteri verò su-  
 prædicti præmissa omnia & singula sub dicta excom-  
 municationis pœna iuxta præscriptam formam exe-  
 quantur. Super quibus vobis omnibus & singulis præ-  
 dictis, ac vestrum cuilibet in solidum licentiam & fa-  
 cultatem omnimodam concedimus & elargimur per  
 præsentés. **ABSOLUTIONEM** quorumcunque à prædi-  
 ctis censuris & pœnis Nobis vel Superiori nostro tan-  
 tum reseruamus. **IN QVORVM** omnium fidem & testi-  
 monium præsentés nostras literas exinde fieri & expli-  
 cari

cari, ac per infraſcriptum Notarium ſubſcribi & pu-  
 blicari, noſtriſque vel vnius Coauditoris ſigilli appen-  
 ſione communiti mandauimus. Datum Romæ in  
 Palatio Cauſarum Apoſtolico de mane hora audien-  
 tiæ conſueta, Nobis inibi pro tribunali ſedentibus, ſub  
 anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo  
 vigeſimo nono, Indiſtione duodecima, die nona  
 menſis Februarij, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi  
 Domini Noſtri Papæ anno ſexto, præſentibus ibidem  
 Dominis Iacobo Piſtoilo & Dominico Philibert, No-  
 tarijs publicis, teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter vocatis,  
 habitis & rogatis. TENOR VERÒ Deciſionum, qua-  
 rum ſupra fit mentio, de verbo ad verbum ſequitur, &  
 eſt talis videlicet: R. P. D. DVNOZET. Tullenſis Re-*Deſiſio*  
 formationis, Lunæ decima Aprilis 1628. Domini re-  
 ſoluerunt Capitulo & Generali Ordinis Præmoſtra-  
 tenſis, eſſe dandum mandatum de manutenendo in  
 quali poſſeſſione Superioritatis, & in his quæ nõ con-  
 tradicunt Conſtitutionibus Pauli quinti & Gregorij  
 decimi quinti, obtentis per Communitatem antiqui  
 rigoris, eiufdem Ordinis, tum quia prædicti Capitu-  
 lum & Generalis in prædicta Superioritate habent aſ-  
 ſiſtentiam Iuris, quæ ſola ſufficit ad obtinendam ma-  
 nutentionem. c. cum perſonæ. de priuileg. in 6. latè Ad-  
 den. ad Greg. XV. dec. 312. n. 4. Caputaq. dec. 201. p.  
 2. Seraph. dec. 1449. n. 1. & fuit dictum in Bonon.  
 profeſſionis. 14. Martij 1622. coram R. P. D. meo  
 Merlino. tum etiam quia conſtat de eorum quali poſ-  
 ſeſſione Superioritatis ex depoſitionibus teſtium, qui  
 dantur in Summario Capituli n. 5. ac etiam ex man-  
 dato dato à dicta Cõmunitate antiqui rigoris ad præ-  
 ſtandam obedientiam prædictis Capitulo & Generali,

ut in eodem Summario n. 6. Ex quibus non potest eis  
 denegari manutentio vulgato §. retinendæ Infit. de  
 interd. Nec releuat quòd Capitulum & Generalis ad  
 obtinendam manutentionē etiam in omnibus alijs in  
 dictis Cōstitutionibus narratis, opponant de ipfarum  
 Constitutionum subreptione, quia ista exceptio, tan-  
 quam requirens altiorem indaginem, non admittitur  
 in hoc Summarijssimo possessorio. Put. dec. 484. lib.  
 2. Rot. dec. 614. n. 4. parte. 1. recent. & fuit dictum in  
 Vlixbonen. Coadiutoria 22. Martij 1596. coram Gip-  
 sio. impress. apud Marches de Committ. parte. 2. fol.  
 564. n. 3. Minus obstat quòd dictæ Constitutiones  
 non fuerint executioni demandatæ, nec habuerint  
 effectum, quia ultra quod hoc non probatur nisi per  
 vnicum testem, qui non sufficit. c. licet. & c. veniens.  
 detest. Greg. XV. dec. 178. n. 1. Tamen dato etiam  
 quod emanassent actus prædictis Constitutionibus  
 contrarij, adhuc non releuarent propter decretum ir-  
 ritans in Constitutionibus appositum, quod inficit  
 omnia in contrarium gesta. c. Si eo tempore. 45. de  
 elect. in 6. Gonz. gloss. 67. n. 12. & seq. Rot. dec. 24.  
 n. 5. & dec. 149. n. 2. part. 2. diuer. Et ita vtraque.  
 R. P. D. DVNOZET. Tullēsis Reformationis Mercurij  
 21. Iunij 1628. Fuit decisum coram me sub die decima  
 Aprilis præteriti, Capitulo & Abbati Generali Præ-  
 monstratensi esse dandum mandatum de manutenen-  
 do in quasi possessione Superioritatis, & in omnibus  
 ijs, quæ non contradicunt literis Apostolicis pro Cō-  
 munitate antiqui rigoris obtentis. Hodie verò repro-  
 posita causa super eisdem, Domini steterunt in Deci-  
 sis, ex rationibus in decisione deductis. Quibus non  
 obstare visum fuit quòd Capitulum & Abbas prædicti

in ijs, quæ continētur in dictis literis, habeant assistentiam Iuris cum possessione, & sic donec prædictæ literæ examinentur & exequantur, veniat eis cōcedenda manutentio; quia obiectum tollitur ex quo prædictæ literæ mediante Exequutore fuerunt effectuate & executioni demandatæ. Vnde in ijs, quæ in ipsis continentur, Capitulum & Abbas prædicti cum fuerint spoliati, non sunt manutenendi. Rota coram Greg. XV. dec. 546. n. 12. & aliàs sæpissimè. Nec obstat quòd Executor deueniendo ad executionem dictarum literarum, eis prius non iustificatis, non ritè & rectè processerit, & sic non potuerit eos priuare possessione in ijs, quæ dictis literis continentur, quia cum in dictis literis nulla adesset clausula, quæ importaret Iudicialtem cognitionem, Episcopus Tullensis, tanquam merus Executor, potuit se extraiudicialiter informando ad earum executionem procedere. Innoc. in c. fin. n. 2. de præsumpt. Pap. alleg. 60. & fuit dictum in Pacen. puritatis Sanguinis. 11. Septembris 1609. coram Lancelloto & in Leodien. Abbatia 4. Ianuarij 1622. coram bonæ memoriæ Vbaldo. Et vterius cum prædictæ literæ fuerint executioni demandatæ ad instantiam ipsiusmet Abbatis, vt in Summario Communitatis n. 2. Iustificatio prædicta non erat necessària. Rot. dec. 23. n. 1. & dec. 519. n. 2. & 3. part. 2. recent. & fuit dictum in Eugubina pensionis. 7. Aprilis 1617. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo. Deniq; non obstat quod in executione dictarum literarum fuerit nulliter processum ex quo Capitulum & Abbas Generalis non fuerunt citati, prout citari debebant ad hoc vt Executio eos afficeret, & potuerunt priuari eorum possessione. Nam quoad Abbatem.

cessat difficultas, quia vt supra dictum est, prædictæ  
 literæ ad eius instâtiâ non solum obtentæ, sed etiam  
 executioni demandatæ fuerunt. Vnde cum non esset  
 Contradictor sed Orator & actor, non poterat nec  
 debebat citari, vt fuit dictum in Vlixbonen. quarta-  
 nariæ. 15. Ianuarij 1624. corâ Reuerendissimo D. meo  
 Decano. Quo verò ad Capitulum, pariter cessat ob-  
 iectum, quia per plures actus positiuos qui dantur in  
 Summario Communitatis n. 5. & 6. constat ipsum ap-  
 probasse Reformationem, & literas Apostolicas ac-  
 ceptasse. Vnde sequitur quod licet in dicta execu-  
 tione respectu Capituli fuerit nulliter processum, atta-  
 men per suprascriptos actus Capitulum se habuit pro  
 spoliato, & ita à dicto Executore etiam nulliter pro-  
 cedente potuit sua possessione priuari, ita vt in ea non  
 possit manuteneri. Greg. dec. 307. n. 6. & dec. 446.  
 n. 12. & dec. 458. n. 9. & dec. 555. n. 6. Et itaq; vtraque.  
*Quæsi* R. P. D. DVNOZET. Tullenis Reformationis. Lunæ  
 vndecima Decembris 1628. Cum per binas resolutio-  
 nes fuerit firmatum coram me, Capitulo & Abbati  
 Generali Ordinis Præmonstratensis, contra Commu-  
 nitatem antiqui rigoris, eiusdem Ordinis, esse dādum  
 mandatum de manutenedo in quali possessione Su-  
 perioritatis & omnibus ijs, quæ non contradicunt li-  
 teris Apostolicis, per eandem Cōmunitatem obten-  
 tis, hodie prosequendo disputationem proposui du-  
 bium, An eidem Communitati esset concedendum  
 mandatum de manutenedo, & Domini dixerunt esse  
 dandum iuxta formam dictarum literarum Aposto-  
 licarum. De possessione enim dictæ Communitatis  
 quoad contenta in dictis literis, satis visum fuit con-  
 stare ex quo prædictæ literæ, mediante Iudice Execu-  
 tore, fuerunt executioni demandatæ & acceptatæ, vt

in Summatio Communitatis n. 2. vsque ad 7. Vnde in ijs, quæ in dictis literis continentur, concedenda venit manuentio: Abb. in c. cùm à nobis. n. 5. in fin. vers. Ego vero dico. de præscript. Menoch. de retin. rem. 3. n. 575. Rot. dec. 513. n. 5. part. 1. recent. Non obstat quod pro parte Communitatis non doceatur de effectuazione omnium & singulorum in dictis literis contentorum. Nam cum doceatur de effectuazione in aliquibus, reliqua etiam præsumuntur effectuata, cum in hac materia magis attendatur causa vniuersalis actuum quàm ipsorum exercitium, & sic ex quali possessione aliquorū datur etiam manuentio in omnibus. Bal. in l. 1. n. 24. de emanc. lib. Felin. in c. auditis. n. 19. de præscript. Abb. in c. p. n. 3. de Relig. dom. Rot. dec. 17. n. 4. part. 2. diuers. Seraph. dec. 1295. n. 6. Nec releuant actus contrarij, quia cum decretum irritans, in dictis literis appositum, eos inficiat, non possunt in aliquo suffragari Abbati & Capitulo, nec possunt haberi in consideratione. Gom. in reg. de annal. q. 23. n. 4. Cassad. dec. 1. n. 7. de rest. spol. cum alijs allegatis in prima decisione in hac causa facta sub die decima Aprilis præteriti. Neq; obstat quod in Iurisdictionibus non detur manuentio subdito contra Superiorem, iuxta doct. Bar. in l. 1. §. huius autem Interdicti. vers. Nam interdictum. ff. vti possidetis. Caputáq; dec. 306. n. 4. part. LQuia fuit responsum, regulam prædictam non procedere quando subditus est in possessione; & habet Ius & titulum. Luc. de Pen. in l. quicumque. n. 2. C. de fund. limit. lib. xi. Rot. dec. 600. n. 7. part. 1. diuers. In præsentem autē causam nō solum constat de possessione Communitatis ex supra deductis, verum etiam de titulo ex dictis literis Apostolicis Cæs. de Graf. dec. 1. n. 6.

de probat. Egid. dec. no. n. 9. Et ita vtraque. *Q*UAE  
quidem Decisiones auscultatae & collationatae fuerunt  
per me Notarium Causae huiusmodi cum suis origi-  
nalibus veris, sanis, & integris, & concordant &c. Et  
in fidem & testimonium praemissorum hic me sub-  
scripsi, Signumque meum solitum apposui, die, mense  
& anno supradictis. *Sic est subscriptum.* Ego Henricus  
quon. Claudij Vabxey Tullensis Diocesis, Sacri Pa-  
latij Apostolici Causarum Notarius hoc praesens pu-  
blicum mandati de manutenendo Instrumentum pro  
Domino Iacobo Martinello Connotario, de eodem  
Instrumento rogato, subscripsi, signavi & publicavi  
requiritus in fidem. *Sigillatum cera rubea cum signo.*

Paulo post vel circa haec ipsa tempora Prior & Con-  
uentus Cœnobij Beatae Marię Virginis de Ardena,  
cum iam antea die duodecima Nouembris anni 1627.  
ad eandem Reformationem eiusque articulos solen-  
niter se obligassent, in Congregationem supradictam  
(vt facilius & constantius in tali Reformatione persi-  
sterent) recepti fuerunt tanto libentius, quanto ij fir-  
mioribus nitentur basibus seu fundamentis. Vrba-  
nus enim Papa octauus iuxta petitionem ac preces  
eorundem Prioris & Conuentus, literis suis Apo-  
stolicis, ad Illustrissimos ac Reuerendissimos Cardi-  
nales Franciscum de la Rochefoucault, & Petrum de  
Berul die 20. Maij anni 1628. datis, plenam eis & om-  
nimodam omnia & singula, quae ipsi pro dictae Refor-  
mationis confirmacione & manutentione necessaria seu  
quomodolibet opportuna iudicarent, autoritate A-  
postolica faciendi, gerendi & exequendi fecit & de-  
dit potestatem. Rex verò Christianissimus Ludouicus  
XIII. vt dicti Illustrissimi Cardinales pontificium il-



Iud diploma pro bono Reformationis ( dempta omnibus alijs Iudicibus causam huiuscemodi cognoscendi seu iudicandi facultate) non obstantibus quibuscunque oppositionibus appellationibusue, ad vnguem redigi curarēt, solemnī decreto iussit & statuit. Insuper idem Christianissimus Rex alijs patentibus literis sub die 14. Ianuarij anni 1629. datis, quòd ijdem Prior & Conuentus eandem Reformationem, à Sanctissimo Domino Nostro Gregorio XV. iam antè, videlicet 15. Calend. Maij anni 1621. certis & expressis adminiculis munitam, roboratam & confirmatam amplexi fuissent, non modò ratum & gratum habuit, verumetiam (qua pietatis & auitæ Religionis est amantissimus) vt quæcunque suorum Regnorum & dominiorum Monasteria eandem amplecti vellent, liberum & licitum omnibus esse voluit Quarum quidem omnium supradictarum pontificiarum & regaliū literarum virtute Vicarius & Diffinitores Capituli Congregationis huiusmodi, Viriduni die octaua Maij anni 1629. (quòd supradicti Prior & Conuentus id obnixè peterent) eosdem in dictam Congregationem admiserunt & receperūt; memorati autem Amplissimi Cardinales die sexta Augusti anni eiusdem eandem admissionem & receptionem approbarunt & ratificarunt, & dictos Priorem ac Conuentum de Ardena Congregationi illi legitimè esse vnitos & incorporatos Apostolica, qua fungebantur, auctoritate per hanc latam sententiam voluerunt & declararunt.

ENTRE les Religieux Prieur & Cōuent de Nostre Damed'Ardeine Ordre de Premonstrè Demādeurs, aux fins d'vne Commission obtenuë de Noys le 25.

iour du mois d'Octobre 1628. & de plusieurs Reque-  
stes par eux à nous presentées d'une part, & Messire  
Guillaume de Gallodé Abbé de ladicte Abbaye defen-  
deur d'autre. **VEU PAR NOUS** les Brefs de la Sain-  
cteté par lesquels elle nous établit Iuges des differens  
des parties. Acte passé par deuant deux Notaires du  
Chastelet de Paris par lequel lesdictes parties se soub-  
mettent volontairement à nostre Iugement en exe-  
cution desdicts Brefs, Escriptions, Productiōs & Re-  
questes desdictes parties, Ouy ledict Gallodé, & tout  
conuideré **NOUS** ordōnons que les Religieux Prieur  
& Couuēt de Nostre Dame d'Ardeine demeureront  
vnis & incorporez à la Communauté de l'antique  
Rigueur de Saint Norbert, & auant faire droit tant  
sur la validité de la profession dudict de Gallodé Ab-  
bé d'Ardeine, qu'autres differēs desdictes parties, **OR-  
DONNONS** que les Peres de l'Ordre de Premonstré  
qui seront assemblez au prochain Chapitre general,  
nous donneront aduis sur les poincts contentieux en-  
tre lesdictes parties, pour ce fait & à nous rapporté  
estre ordonné ce que de raison. Fait en l'Abbaye de  
Sainte Geneuieue au mont de Paris ledict iour vingt  
sixiesme d'Aoust mil six cens vingt neuf.

Huic sententiæ standum esse decreuit Sua Maiestas  
Regia, & pro executione illius sequens edidit Man-  
datum:

**LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE  
FRANCE ET DE NAVARRE** au premier nostre Huis-  
sier ou Sergent sur ce requis Salut. **NOUS** te mandons  
& commandons par ces presentes à la Requête des  
Religieux Prieur & Couuēt de Nostre Dame d'Ar-  
deine Ordre de Premonstré faire par l'execution du  
Iugement

Ingement rēdu par nos chers & bien amez Coufins les Cardinaulx dela Rochefoucault & de Berulle entre lesdicts Prieur & Religieux d'une part, & Messire Guillaume de Gallo dé Abbé de la dicte Abbaye d'Ardeine d'autre, en date du 26. d'Aouft dernier cy attaché fous nostre contrefecl tous exploicts requis & necessaires. De ce faire t'en dōnōs plain pouuoir, puissance, autorité, Commission & mandement special sans pour ce demander Placet, visa ne Pareatis. Car tel est nostre plaisir, nonobstant clameur de Harol chartre Normande, prinse à partie & autre à ce contraire. Donné à Fontaine Belleau le vingt-huictiesme iour d'Aouft l'an de grace mil six cens vingt-neuf, & de nostre regne le vingtiesme. *Et plus bas.* Par le Roy en son Conseil. *Signé.* Poiteuin. & seelé du grād scau dela Chancellerie & contrefecl en cire iaune.

QVIA tamen his omnibus non obstantibus reperti fuerunt qui sub prætextu cuiusdam Inhibitionis, contra dictam Reformationem frustra obtentæ & euulgatæ, Reformatos cecidisse causa spargerent, expedire fuit vitum, ostendere illam Inhibitionem iurisdictioni, progressui & propagationi Reformationis eiusmodi officere nec posse nec debere, quare sequens, tâquam prioris illius interpres, impetrata fuit, qua constat Reformatos suis Bullis inhærentes, in præcedentem Inhibitionem non peccare, sed posse omnia & singula, quæ in eisdem Bullis continentur, libere & licitè, vt hæctenus, continuare. Illius autem Inhibitionis tenor est eiusmodi.

AMATVS DVNOZET Iuris vtriusque Doctor,  
Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius  
Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditor,

Iudexque Commissarius Causæ & Causis, ac partibus infra tactis, Apostolica auctoritate specialiter deputatus, Vniuersis & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Sacristis tam Cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notarijs & Tabellionibus publicis quibuscunque per Ciuitatem & Dioecesim Parisiensem & Laudunensem ac alibi vbi libet constitutis, illique vel illis, ad quem vel ad quos præsentis nostræ literæ peruenerint, Salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quòd introducta coram nobis lite & causa, seu quæstionis materia, vigore specialis rescripti Apostolici, hîc prolixitatis euitandæ gratia non inserti, inter admodum Reuerendos Dominos Abbates, Superiores, Priores & Canonicos regulares Communitatis antiqui rigoris Ordinis Premonstratensis ex vna, & Reuerendissimum Dominum Abbatem Generalem & Capitulum etiam generale, ac admodum Reuerendos Dominos Vicarium generalem, Visitatores, Abbates, Præpositos, Priores & quoscunque alios Canonicos eiusdem Ordinis ex altera, de & super validitate Reformationis & erectionis dictæ Communitatis literarumque Apostolicarum, in eius confirmationem à Sancta Sede Apostolica concessarum, rebúsque alijs in actis Causæ & Causarum huiusmodi latius deductis, ad quamplures actus iudiciales, citra Causæ conclusionem, ritè & rectè processimus, & hodie prædicta causa inter partes prænominatas in Sacræ Rotæ Auditorio coram nobis indecisa pendet, quam quidem litis pendentiã

vobis omnibus & singulis supradictis, & alijs quibuscunque quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate, insinuamus & notificamus, & ad vestram & eorum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentem, Vosque & vestrum quemlibet in solidum requirimus & monemus, ac vobis & vestrum cuiuslibet in solidum in virtute sanctæ Obedientiæ & sub infra scriptis pœnis & censuris districtè præcipiendo mādamus, quatenus visis & receptis præsētibus, & postquam pro parte dictorum admodum Reverēdorum Dominorum Abbatum, Superiorum, Priorum & Canonicorum præfatæ Communitatis antiqui rigoris Ordinis Præmonstratensis principalium, vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, Reverendissimis in Domino Patribus & Dominis Dominis Dei & Apostolicæ Sedis gratia quorūcunq; locorum Ordinarijs sub interdicto ingressus Ecclesiarum, eorumque & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicarijs seu Officialibus generalibus, cæterisque Officialibus, Iudicibus & Commissarijs ordinarijs, extraordinarijs, subdelegatis, delegatis, executoribus, subexecutoribus quacunq; auctoritate fungentibus & functuris, vbi cunque locorum constitutis, & præsertim Reverendissimo Domino Abbati Generali & Capitulo etiam generali, alijsque Reverēdis Dominis Vicario Generali, Vistoribus, Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & Canonicis dicti Ordinis Præmonstratensis, ac alijs quibuscunque personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, qualitatibus vel conditionis existant, sub mille ducatorum auri

de camera locis pijs arbitrio nostro applicandorum, & pro illius Mandati executione ac in iuris subsidium, excommunicationis, suspensionis & interdicti poenis per quemlibet contrauentem, trium dierum canonica monitione præmissâ, ipso facto incurrendis, inhibeatis. Quibus nos etiam sub eisdem poenis & censuris tenore præsentium inhibemus, ne ipsi seu eorum alter, per se, vel alium, seu alios publicè vel occultè, directè vel indirectè, quouis quæsito colore vel ingenio, aut etiam prætextu cuiuscunque Inhibitionis à nobis aliàs forsan in contrarium quomodolibet emanatæ in Causa & Causis huiusmodi, sic coram nobis in Romana Curia indecisus pendētibus, in iurisdictionis nostræ, immò verius Apostolicæ, & litis pendentiæ huiusmodi vilipendium & contemptum, dictorūque Reuerēdorum Dominorum Abbatum, Superiorum, Priorum & Canonicorum regularium dictæ Communitatis antiqui rigoris Ordinis Præmonstratensis principalium, suorumque iurium, ac Mandati nostri de manutenendo ipsis concessi, literarūque Apostolicarum, pro dictæ Reformationis & Communitatis confirmatione concessarum, & per duas Decisiones in Rota iustificatarum, quarum tenor in fine præsentium habetur de verbo ad verbum, dictæque Reformationis in eis contentæ praxis, mantentionis, propagationis & progressus, iniuriam, præiudicium & grauamen, quicquam attentare seu innouare præsumant aut præsumat. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & in pristinum statum reducere, & ad præfatarum poenarum & censurarum applicationem respectiuè procedere curabimus iustitia median-  
te. Absolutionem verò omnium & singulorum, qui

præfatas nostras sententias incurrerint quodquo modo, nobis vel Superiori nostro tantummodò reseruamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentis fieri, & per Notarium publicum, instrumentum subscribi & publicari mandauimus, Sigillique nostri vel alterius Coauditoris iussimus & fecimus appensione communiti Datum Romæ in Palatio nostræ residentię sub anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo trigesimo, Indictione decima tertia, die verò Sabbati duodecima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Domino Patris & Domini Nostri D. Urbani diuina prouidentia Papæ octaui anno septimo, præsentibus ibidem Dominis Dominis Dominico Philiberti & Iacobo Pistoito Notarijs publicis scribisque nostris, testibus ad præmissa vocatis atque rogatis. TENOR DECISIONVM supradictarum talis est videlicet, R. P. D. Dunoze & Tullen. Reformationis Veneris 30. Martij 1629. Cum moderni Abbates & Conuentus Sanctæ Mariæ Maioris nuncupatæ, Oppidi Mussiponti, Iustimontis ac Saliuzualis Metensis & Tullensis Dioceseon respectiue, Præmonstratensis Ordinis, Reformationem antiquæ eiusdem Ordinis austeritati conformem suscepissent, & dubitarent ne huiusmodi Reformationis negotium destruere à Capitulorum generalium eiusdem Ordinis nutu totaliter penderet, & vix stare posse existimarent, nisi Sedis Apostolicæ auctoritate muniretur, à foelicis recordationis Paulo V. Bullam confirmatoriam huiusmodi negotij obtinuerunt, & quia cum post huiusmodi professionem dicti Abbates & Conuentus nonnullas leges & constitutiones & ordinationes ad conseruationem dictæ Re-

① arisi

formationis tulissent, dubitabant pariter ne huiusmodi Constitutiones eiusdem Capituli generalis censuris subiacerent, easdem à sanctæ memoriæ Gregorio XV. obtinuerunt confirmari: Sed quia Abbas & Capitulum generale Præmonstratenses, dictas Bullas impugnabant vti nulliter & subreptitiè obtentas, dubitavi an dictæ Bullæ essent iustificatæ, Et Domini vnanimi consensu responderunt pro illarum iustificatione. Et primò quoad Bullam Pauli V. ea visa fuit in omnibus iustificata, in ea enim primò narrabatur quod Abbas & Conuentus Oratores ante aliquot annos Reformationem, antiquæ eiusdem Ordinis austeritati conformem, de consensu tunc existentis Abbatis Generalis eiusdem Ordinis susceperunt; Secūdo quod iam Abbates & Conuentus pro illius Reformationis obseruantia Statuta & ordinationes condiderunt; Tertiò quod iidem in ipsa Reformatione illuc vsque cum consensu & approbatione moderni Abbatis Generalis dicti Ordinis perseuerauerunt; Quartò & vltimò quod Reformatio huiusmodi sine Sedis Apostolicæ auctoritate vix stare possit, cum à dicto Capituli generalis nutu penderet eam destruere. Quæ omnia visa fuerunt bene iustificari. Nam quoad primum, nempe quòd Abbas & Conuentus Oratores ante aliquot annos hanc Reformationem de cōsensu tunc existentis Abbatis Generalis eiusdem Ordinis amplexi fuerint, illud abundè iustificatur ex approbatione Constitutionis dictæ Reformationis Communitatis antiqui rigoris facta de anno 1611. ab Abbate Generali tunc temporis, in qua enuntiatur tam institutio dictæ Reformationis, quàm etiam conformitas primæuo Ordinis instituto, vt patet ex Instrumento

*Bulla  
Pauli V.  
iustificata*



publico, dato in Summario Communitatis. nu. quarto. Ex quo cum faciat probationem probatam L. cum precibus. ca. de probat. Rota Decif. 60. n. 1. & decif. 590. n. 1. par. 1. recent. bene remanet iustificata narratiua quod Reformatio fuerit introducta de consensu Abbatis Generalis, & secunda quòd fuerint condita statuta & constitutiones. Quoad tertiam verò narratiuam, etiam ea bene iustificatur, quia P. Petrus Gofserius modernus Abbas Generalis dicti Ordinis de anno 1616. constitutiones dictæ Reformationis examinauit & approbavit, nec non censuit illius professores ad earum obseruantiam esse hortandos, vt in instrumento approbationis, quod datur in eodem Summario. n. 5. ex quo bene remanet iustificata dicta tertia narratiua. Rota decif. 17. n. 7. part. 2. recent. Quoad quartam & vltimam narratiuam, nempe quòd huiusmodi Reformatio absque Sedis Apostolicæ auctoritate securè subsistere non posset, non indiget alia iustificatione, cum sit hoc satis notum ex quo dicta Reformatio totaliter pendeat à nutu Capituli generalis, cui etiam Sacrum Concilium Tridentinum quoad obseruantiam Regulæ dedit omnimodam potestatem ca. 1. sess. 29. de regul. Quo verò ad iustificationem Bullæ Gregorij XV. in qua pariter tria aut quatuor narratur, ea visa fuit clara, siquidem in ea primò narratur quòd literæ Pauli V. propter nonnulla impedimenta suum sortiri effectum non potuerunt; Secundò quod disciplinæ veteris rigor à Capitulis generalibus antea approbatus, & singulis Religiosis & integris Monasterijs primùm permissus, deinde curæ Abbatis Generalis traditus fuerit; Tertiò quòd idem Abbas Generalis in visitatione quasdam leges & ordi-

nationes edidit sub beneplacito Sedis Apostolicæ, quæ ordinationes per extensum in dictis literis sunt insertæ; Quartò & vltimò narratur votum Congregationis regularium super dictis ordinationibus. Quoad primum, quòd dictæ literæ non fuerint executioni demandatæ, non indiget alia iustificatione, quia in hoc principalis intentio non consistit, & sufficit quod de facto verificetur. Rota decis. 410. n. 4. p. 1. recent. & hoc inter partes non controuertitur. Secunda narratiua iustificatur, quia de anno 1618. Capitulum generale approbavit easdem Constitutiones Reformationis, & concessit facultatem omnibus Religiosis & Monasterijs integris eiusdè Ordinis amplectèdi Reformationem, vt constat ex Instrumento dictæ cõcessionis in eodem Summario n. 8. ex quo bene iustificatur narratiua facta in his literis Gregorij, quòd disciplinæ veteris rigor à Capitulo generali antea fuerit approbatus & permissus. Tertia narratiua, quod Abbas Generalis ex visitatione Monasteriorum Communitatis ediderit quasdam leges pro regimine & manutentione Reformationis, probatur etiam ex publico Instrumento, quod datur in Summario n. 6. necnon ex quo dictæ leges seu constitutiones fuerunt insertæ in literis Apostolicis. Vnde apparet Papam de illis habuisse plenam informationem. Son. cons. 266. n. 27. vers. confirmatur. lib. 2. Alex. cons. 15. n. 2. lib. 5. Vltima denique narratiua de approbatione articulorum & ordinationum Reformationis, facta à Sacra Congregatione, non eget aliqua probatione, cum sit narratiua ipsius Pontificis, cui assertioni est standum. Rota decis. 361. numero 1. decis. sexcentesima decima. numero. 3. in fine. part. 2. recent. Et ita vtraq; parte &c.

R. P. D. DVNOZET. TVLLENSIS REFORMATIONIS.  
 Lunæ 18. Iunij 1629. Literas Reformationis foelicis  
 recordationis Pauli Papæ V. & Gregorij XV. iustifi-  
 catas esse Domini sub die 30. Martij præteriti & hodie  
 repropósito dubio super eisdem vnanimiter respon-  
 derunt per rationes ponderatas in præcedenti deci-  
 sione, non obstantibus vltimo loco deductis pro par-  
 te Abbatis & Capituli, non acquiescentium decisione  
 prædictæ. Non obstat quòd narratiua susceptæ Refor-  
 mationis de consensu Abbatis non possit iustificari ex  
 instrumento confecto de anno 1611. in Sūmario Com-  
 munitatis in alia positione dato n. 4. cum statuta vi-  
 deantur condita de anno 1616. Quia obiectum cessat  
 ex facto, ex quo reuerà statuta emanauerant de anno  
 1611. quo tempore Abbas Reformationi consensit, de  
 anno verò 1616. illa reuisa & approbata fuerunt à Ge-  
 nerali, quæ approbatio & reuisio præsupponit eorun-  
 dem statutorum præexistentiam, cū aliàs non po-  
 tuerint approbati nec augeri. L. Nam etsi. ff. de iniust.  
 nupt. rest. c. ad dissoluendum. ibi not. de spons. in  
 ca. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutilis. & in ca. ex parte.  
 de const. Guid. Pap. decis. 629. n. 12. vers. quia quod  
 non est. Non obstat quod Scriptura, in qua nititur de-  
 cisio, quæ reuidetur pro iustificatione primæ narrati-  
 uæ, non sit in forma probanti, tanquam extracta à no-  
 tario de illa non rogato. Quia hodie datur originalis  
 informatio Episcopi Virdunensis, capta de ordine  
 Congregationis Episcoporum & regularium, in qua  
 est inserta de verbo ad verbum dicta scriptura, quæ  
 prætenditur informis, cui originali informationi E-  
 piscopi fides est adhibenda etiamsi testibus careret, cū  
 Episcopus attestetur de actu extraiudicialiter sibi com-

missio à Congregatione. Bero. conf. 88. n. 21. Co. 1.  
 Neui. conf. ult. n. 3. & 10. Menoch. conf. 114. n. 10.  
 præsertim quia extracta fuit à Notario solito extrahe-  
 re instrumenta etiam producta pro Abbate & Capitu-  
 lulo, ita vt illius legalitas censeatur à partibus approba-  
 ta. Card. Cayal. decis. 640. n. 10. quæ informatio E-  
 piscopi præsumitur integra donec per Abbatem &  
 Capitulum contrarium probetur. Rota decis. 64. n. 1.  
 part. 1. diuers. Card. Cau. decis. 335. n. 1. & decis. 572. n.  
 7. Gregor. XV. decis. 59. n. 1. & ibi adden. Narratur  
 quod Abbas & Conuentus Iustimontis & Saluzual-  
 lis susceperint statuta, probatur ex eadem informa-  
 tione Episcopi, item ex mandato Procuræ facto Era-  
 tri Egidio Martino nomine Conuentus Iustimontis  
 ad acceptandam huiusmodi Reformationem, cuius  
 vigore postmodum per modernum Abbatem Gene-  
 ralem prædictus Conuentus fuit adiunctus præfate  
 Communitati & Reformationi, cui adiunctioni etiam  
 dictus Abbas Iustimontis consensit, & cum omnibus  
 Religiosis eiusdem Conuentus se subscripsit, vt con-  
 stat ex iuribus in Summario Communitaris in hac po-  
 sitione dato n. 4. & 5. per quam subscriptionem utiq;  
 acceptauerunt omnia & singula contenta in Manda-  
 to. Gabr. concl. 3. n. 1. de præsumpt. Seraph. decis.  
 973. n. 1. Non obstat quòd quamplura ex his quæ fuerunt  
 statuta, non sint conformia antiquo rigori & non fue-  
 rint obseruata, quia contrarium apparet ex dicta rela-  
 tione Episcopi Virdunensis, cui est deferendum, nisi  
 contrarium probetur, quamuis consistat in negatiua.  
 Alex. conf. 37. n. 13. C. 2. Rota decis. 364. n. 2. part. 1.  
 in recent. Cayal. decis. 315. n. 5. Non obstat quòd si di-  
 di summi Pontifices sciuisent, prout ipsis fuit tacitū,

statuta antiqua fuisse modificata per Iulium secundum  
 quoad esum carniū, vti que dictam Reformationem  
 non confirmassent. Quin imo ad dictam confirmatio-  
 nem non se retraxissent, cum facilius sit reditus ad ius  
 antiquum. Gloss. in ca. statutum. in verbo numeran-  
 dum. de præbend. in 6. Sacr. Conc. Trid. sess. 25. c. 1.  
 de regul. in illis verbis: Vbi collapsa est vetus & regu-  
 laris disciplina, instauretur. Non obstat quod non do-  
 ceatur de consensibus conuentualiter præstitis à Con-  
 uentibus Saluæuallis & Iustimontis, Quia contrariū  
 apparet ex iuribus datis in Summario Communitatis  
 n. 5. in quo legitur quod Abbates & Conuentus præ-  
 dicti dederunt mandatum procuræ ad obtinendam à  
 Sede Apostolica confirmationem dictæ Reformatio-  
 nis, in quo mandato sunt subscripti dicti Abbates &  
 Priores & omnes alij Fratres dictorum Conuentuum,  
 qui consensus propterea censentur præstiti non solū  
 vti singuli, sed etiam Conuentualiter. Gabr. concl. pri.  
 n. 3. vers. 9. de cuiusque vniuers. nom. Neque obsāt  
 testes in Cyria nuper examinati pro parte Abbatis &  
 Capituli ad probandum non interuenisse consensum  
 Abbatum & Conuentuum, quia magis est standū scrip-  
 turis quàm testibus, & præsertim magis est credendum  
 dictæ informationi datæ per Episcopum Virdunen-  
 sem de ordine Congregationis, prout magis est stan-  
 dum confirmationi statutorum factæ per Abbatem  
 Generalem. & hæc probatio per scripturas in concur-  
 su cum testibus debet præualere. L. census. ff. de pro-  
 bat. Crauer. cons. 54. n. 15. Rora decis. 582. n. 6. part.  
 1. recenti. Non obstat quod obijcitur contra literas  
 Gregorij, non probari Abbatem dedisse mandatum  
 ad supplicandum, quia cum expeditio non potuerit

fieri absque expensa & sine Abbatis consensu, gratia esset difficilis concessionis, istis concurrentibus gratia præsumitur obtenta ab eo, cuius nomine cantat, iuxta decisiones relatas ab Add. ad decis. Greg. 331. nu. 19. stante maximè executione dictarum literarum, subsequuta in partibus ad instantiam dicti Abbatis, qui hoc modo easdem literas approbavit, & se fuisse oratorem falsus fuit. L. filium familias. ff. ad Maced. Bart. in L. cum tabernam. §. idem quæsiuit. in fine. ff. de pign. Cau. decis. 26. sub n. 4. Denique non obstat quod non possit iustificari narratiua quod Petrus, Claudius & alij essent Monachi Sancti Pauli & Saliuæuallis, cum doceatur istos emisisse professionem in alijs Monasterijs, quia Monachus in aliquo Monasterio professus, potest de licentia Superioris ad aliud Monasterium transferri. c. licet quibusdam. de regul. & sic cessat impotentia ex aduerso allegata. Et ita vtraque parte informante. *Sic est subscriptum.* Et quia D. Iacobus Martinellus Sacri Palatii Apostolici Causarum & huiusmodi Causæ Notarius de præmissis rogatus fuit, Ideo ego Archangelus Baronus eiusdem Palatii Apostolici Connotarius hoc præsens publicum Instrumentum pro eodem D. Iacobo subscripsi, signavi & publicavi requisitus in fidem præmissorum. *Sigillatum in cera rubea cum signo.*

Esset iam hîc ad nouissimum causæ Reformationis statum pleniùs cognoscendum quæstio hæc, quæ nunc in eodem Rotæ tribunali agitur, collocanda, An videlicet non obstantibus Bullis Pontificijs possit Capitulum generale Reformatis assignare Visitatorem: tamen quia adhuc sub iudice lis illa est, tertiam Decisionem, priusquam de ea quicquam scribatur, expe-

Etare lubet, intèr ea monendus est LECTOR ne si præter  
 spem aliquid accidat, propterea Reformationem rui-  
 tutam sibi persuadeat. Non enim idè corruent Bu ille  
 Apostolicæ tam solemnè Mandato de manutenendo  
 innixæ, tamq; celebri de Reformatione minimè tur-  
 banda impediendæque, Inhibitione corroboratæ &  
 iustificatæ, quamuis ne Reformatio visitatione aliena  
 vacillet titubétque non parum sit verendum, præser-  
 tim si negotium hoc humanæ prudètiæ trutina expen-  
 ditur. At solatur Reformatos propheta: *In Domino,*  
*inquit, sperans non infirmabor.*

Ex supra notatis intellexisti, ni fallor (LECTOR  
 BENEVOLE) Reformationis statum, ex sequen-  
 tiautem supplicatione intelliges quàm longè à Capite  
 nobis constituendo, & à diuisione nobis exprobatâ  
 distemus, quàmque sufficiens fuerit Congregationis  
 erigendæ materia.




Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Et licet...  
Faint, illegible text in the middle section of the page.



Faint, illegible text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.





THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

ADRIANUS VAN DER  
KAMP

1875

...

...

...



# AD REVERENDOS

## ADMODVM ORDINIS

### PRÆMONSTRATENSIS ABBATES

### SUPPLICATIO

COMMVNITATIS (quam vocant)  
ANTIQVI RIGORIS.



VI diuisio, quam Vobis (REVERENDI  
ADMODVM PATRES) plerique sug-  
gerunt nos meditari, potissima est ve-  
stræ offensionis occasio, bona cum ve-  
stra venia liceat nobis primò ostendere  
separationem ab Ordine nobis esse impossibilem; de-  
inde ea, ex quibus diuisionem inferunt, exigui, ne di-  
cam nullius, esse ponderis & momenti.

NVLVM ESSE DIVISIONIS PERICVLVM  
HOC ARGVMENTO CONVINCIMVS.

Sic coniuncti sumus vt diuidi non possimus, ergo  
non est timenda diuisio. Antecedens facile probatur  
ex eo, quòd Capiti inseparabiliter iuncti sumus, idque  
tum vi Bullæ Pontificiæ, quæ nos aliud Caput agnos-  
cere non patitur; tum virtute solemnis sacramenti,

quo in professione nostra eidem Capiti conceptis verbis Obedientiam promittimus, & per eam promissionem ipsi vinculo inexplicabili colligamur.

Ex hac cum Capite connexionem separationem obiectam stante Bulla Gregoriana ( hoc est quamdiu Communitatem nostram, quæ impugnatur, tueri, & eius iuribus gaudere nobis erit animus ) fieri non posse duplici argumento ab impossibili ducto facile probauerim. Atque in primis impossibilitas seu impossibilitas in eo consistit quod Bullæ illius indultum, quo Religiosorum nostrorum communitas, & Priorum, Prouisorum, ac Magistrorum Nouitijs præficiendorum electiones, aliæque nobis conceduntur, non nisi cum hac conditione subsistat, quod nimirum nullum aliud appellabimus & agnoscemus Caput præter communem totius Ordinis Generalem. Verba Bullæ hæc sunt : *Ut supradicta Monasteria & alia, quæ de cætero rigori huiusmodi subijci cõtigerit, nullum aliud præter Petrum Abbatem Generalem, Caput habeant, uocent & dicant, sed ipsum & Præmonstratensem Abbatem pro tempore existentem, non modò ut cætera totius Ordinis Monasteria, suum generale Caput, sed etiam speciale, sine cuiusquam præiudicio, appellent, agnoscant, ac in omnibus reuerentur.*

Si sub hac conditione agnoscendi communem Ordinis Generalem, tanquam Caput nostrum non solum generale, sed etiam speciale, ea, quæ in Bulla exprimentur, sunt indulta, quis hac conditione, sine qua non, minimè seruata, cætera subsistere posse existimet? Si sub hac conditione Bullam impetrauimus, quam separationis uiam præmeditari potuimus? Si etiam impetrata gaudere volumus, quod nobis sepa-

rationis iter est reliquum? Præcludit nobis omnem  
viam illa conditio, quæ communi nos Capiti subijcit,  
cùm ius conditionale non sit alicui quæsitum ante con-  
ditionem impletam. L. vnica. §. sin autem. C. de radu-  
cis tollendis. Gregor. verò IX. in Cap. Si pro te. de  
rescript. l. 6. (Cui quoque assentitur Cap. Præterea. 2.  
de appellat.) asserit quòd dispositio cõditionalis, non  
existente cõditione, nihil operatur.

Si autem stante Bulla separari ab illo Capite non  
possumus, quis nos ab Ordine separabit? Quamdiu  
aliquod mēbrum adhæret capiti non potest non esse  
cõmēbrum vel non cõiunctum cæteris eiusdem capi-  
tis mēbris. Vnde non est quòd Vos, admodum Rē-  
uerendi Patres, in eo laboretis vt nostræ Pontificiæ  
Bullæ nullitatem vel inualiditatem commonstretis  
inde, quòd per illam à Capite simus diuulsi. Frustra  
enim id niteremini, quādo quidem per illam sic cõ-  
muni Ordinis Capiti cõnexi sumus vt ne quidem velle  
ab eo diuelli & aliud agnoscere possimus, nisi gratis in  
ea contentis, spoliari de facto velimus, vtpote quòd  
illam coniunctionem præsupponant, neque sine hu-  
iusmodi connexionem concessæ efficiantelligantur.

Alterum argumentum ab impossibili est, quòd obe-  
dientiam Rēuerēdissimo Generali debitam, nūquam  
exhiberemus, si ab Ordine nos separatemus. Debe-  
mus autem ipsi obedientiam non solum instar aliorum  
Ordinis professorum, verumetiam ex ipsissimo pro-  
fessionis nostræ titulo. In ea enim expressè promitti-  
mus Obedientiam præter aliorum morem, qui non nisi  
in se eam spondent Abbatibus, adeò vt ipso profes-  
sionis vinculo sic ipsi simus colligati vt ab eo separari  
nisi in perpetuam animarum nostrarum ruinam no-

queamus. Si igitur ab ipso separari, stante professionis obligatione nequimus, quomodo ab Ordine, cuius ipse dicitur, agnoscitur & honoratur Caput, separari possumus?

INCOMPOSSIBILIA ergo sunt illa: Bulla nostra gaudere, & ab Ordine separari, quandoquidem Bulla sub cōditione vnionis cum Ordinis Capite concessa est, & vt Obedientiam Reuerēdissimo Generali in professione polliceamur iubet. Quod vt æqualē pro vestra prudentia & æquitate perpendere velitis etiam atque etiam rogamus, nos nihil ominus vestræ inueteratæ iurisdictioni in omnibus, quæ Pontificijs non repugnauerint diplomatis, submissione qua par est subijcientes.

PORRO ne de diuisionis indicijs, quæ passim ad auersionē cōtra nos cōcipiendā nonnulli importunè nimis ob oculos vestros ponūt, vlla quantumuis exigua remaneat suspicio, permittite vt ab eis vnde diuisionem, quam obiectant, inferant, accuratiùs paulò inquiramus.

## NON EX CAPITIS DIVERSITATE.

NAM vt ex Bulla Gregorij XV. probauimus, ipsum Abbatem Premonstratensem non tantum generale nostrum Caput agnoscimus, sed etiam speciale. Nec obstat quod in Pauli V. diplomate Monasterium Sanctæ Mariæ Caput dictæ Congregationis nuncupetur. Caput enim eo in loco nihil aliud quàm Reformationis originem denotat, non iurisdictionem, quod clarum est ex eo quòd nunquam vel minimam in alia Communitatis Monasteria exercuerit iurisdic-

dionem, nisi in quantum Abbas ipsius fuit in Vicarium Reuerendissimi Generalis electus, & ab eodemmet Reuerendissimo ad tres annos tertium iteratos confirmatus. Accedit quòd hæc clausula [*Cuius Caput primodictum Monasterium esse debeat*] quæ non nemini videbatur iurisdictionem importare, per Bullam sequentem, id est Gregorij XV. tollatur his verbis suprallegatis: *Ut supradicta Monasteria & alia, quæ de cætero rigori huiusmodi subijci contigerit, nullum aliud præter Petrum Abbatem Generalem Caput habeant, vocent &c.* Et ne vel tantilla iurisdictionis in alia Monasteria, in Reuerendissimi Generalis præiudicium vsurpatæ, relinqueretur suspicio, hanc publicam Communitatis Alumni coram Notario Apostolico fecere declarationem cum protestatione coniunctam.

IN NOMINE DOMINI Amen. Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis pateat euidenter & sit notam, quòd anno eiusdem Domini millesimo sexcentesimo trigesimo, Indictione decima tertia, die verò decima octaua mensis Aprilis, Põtificatus Sãctissimi in Christo patris ac Domini D. Urbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno septimo, coram publico authoritate Apostolica Notario, testibusque infra scriptis, personaliter constituti Reuerendus Dominus Petrus Desbans Vicarius Congregationis strictioris obseruantie Ordinis Præmonstratensis & Monasterij Sancti Pauli Viridunensis Prior, ac Venerabiles Domini Abbas, Superiores, & Procuratores eiusdem Congregationis, pro se & eisdem suis Conuentibus dixerunt & declararunt ac solenniter protestati sunt, se in prædicto Monasterio Sancti Pauli Viridunensis cœtum ob duplicem causam instituisse, & cum literis seu

mandatis procuratorijs conuenisse, in primis vt ad Capitulum generale proxime futurum duos ex suis destinandos seligerent, seque illi subditos esse, & in subiectione illa velle perseuerare patefacerent, prout in postremo generali Capitulo sese subiecerunt, & per præsens Instrumentum à præfatis Reuerendis Dominis Vicario & Abbate necnon Superioribus & Procuratoribus vnà cum dicto publico Notario subsignatum, sese iterum subiiciunt. Deinde vt exprobrationem coram Magnatibus sibi factam, quod ab Abbate Præmonstratensi Ordinis Generali desciscere, & aliud à dicto Abbate Præmonstratensi Caput assumere, prætextu verborum Bullæ erectionis dictæ Congregationis (*Cuius Caput primodictum Monasterium esse debeat*) intendant, notamque sibi inde iniustam declaratione ac protestatione publicis & solemnibus diluerent & delerent. Atque ad hunc effectum supradicti Reuerendi Domini Vicarius & Abbas, alijque Superiores, & Procuratores non vi aut aliqua sinistra machinatione, sed sponte, deliberatè ac ex certa scientia maturòque consilio præhabito fecerunt, constituerunt & solenniter ordinauerunt suos vetos, certos ac legitimos Procuratores, negotijque infra scripta actores, gestores ac nuntios speciales videlicet:

ad ipsorum Dominorum Constituendum nominibus & pro ijs in prædicto Capitulo generali coram Reuerendissimo Domino Abbate Præmonstratensi totius Ordinis Generali, aliisque Reuerendis Dominis Abbatibus dictum Capitulum celebraturis, necnon coram quibuscunque alijs personis regularibus vel



secularibus, quacūq; dignitate ecclesiastica vel mu-  
 dana fulgentibus cōparendum, dicendū, declarādum  
 ac protestandum, quōd cū Religiosis dicti Ordinis  
 Præmonstratensis obseruantiz strictioris in præsentia  
 admodum Illustris & Nobilissimi Domini de Bressac  
 Locumtenentis Regij in prouincia Pictauensi pro  
 Christianissimo Rege apud Sanctissimum Dominum  
 Nostrum Vrbanum Papam VIII. Sedēque Apo-  
 stolicam Oratoris destinati, plurimūque aliorum Ma-  
 gnatum obiectum & exprobatum fuerit, ipsos Reli-  
 giosos reformatos Generalem sibi in Lotharingia per  
 hæc verba literarum Apostolicarum erectionis suæ  
 Congregationis (*Cuius Caput primodictum Monasterium  
 esse debeat*) constituere, ac per hoc auctoritatem dicti  
 Christianissimi Regis & præfati Reuerendissimi Ab-  
 batis Præmonstratensis, Ordinis totius Generalis, su-  
 perioritatem lædere, Superiores dictorum Religioso-  
 rum reformatorum expedire iudicarunt vt omnes in  
 Monasterio Sancti Pauli Virduuensis, dicti Ordinis,  
 conuenirent, ibique unanimi consensu declararent ac  
 protestarentur, se nunquam intendisse præfatum Mo-  
 nasterium Sanctæ Mariæ Maioris Mussipontanæ  
 pro Capite suæ Congregationis agnoscere, aut vllam  
 Monasterio huiusmodi in præfatum Congregatio-  
 nem auctoritatem & iurisdictionem attribuere, sed  
 per prædicta verba dūtaxat intelligere & intellexisse,  
 Monasterium præfatum Sanctæ Mariæ Maioris Mus-  
 sipōtanæ esse initium seu originem dictæ Congrega-  
 tionis reformatæ, ab eoque Reformationem ipsam  
 promanasse, neque in prædicto Monasterio aliam vl-  
 lam qualitatem & præminentiam quàm initij & ori-  
 ginis dictæ Reformationis velle recognoscere, neque

se huiusmodi Reformationem alio animo vel conditione suscepisse quàm remanendi sub obedientia prædicti Reuerendissimi Domini Abbatis Præmonstratensis Generalis, tanquam ipsorum Capituli generalis & specialis, iuxta terminos Bullæ secundæ Apostolicæ per dictos Reformatos impetratæ, cuius verba hæc sunt: *Supradicta Monasteria & alia, quæ de cætero rigori huiusmodi subijci contigerit, nullum aliud præter ipsum Petrum Abbatem Generalem Caput habeant, vocent & dicant, sed ipsum & Præmonstratensem Abbatem pro tempore existentem non modò ut cætera totius prædicti Ordinis Monasteria suum generale Caput, sed etiam speciale, sine cuiusquam præiudicio, appellent, agnoscant, ac in omnibus revereantur.* Ac insuper dictorum Dominorum Constituentium nominibus dicendum, declarandum & protestandum ipsos à prædicti Reuerendissimi Domini Abbatis Generalis obedientia & superioritate recedere & deficere non posse absque violatione votorum suarum professionû regularium, in quibus ipsi Reuerendissimo Generali obedientiam promittunt, & absque iactura & amissione iurium, fauorum & gratiarum Congregationi suæ cõcessarum, per literas Apostolicas illius erectionis, quibus expressè cauetur vt Reuerendissimum Generalem præfatum pro Capite tam generali quàm speciali agnoscant & in omnibus revereantur, vt patet ex plerisque locis dictarum literarum Apostolicarum, præsertim ex ijs verbis quæ hæc (*Cuius Caput primodictum Monasterium esse debeat*) immediatè sequuntur, quibus expressè disponitur vt prædicto Reuerendissimo Generali Congregationem præmissam toties quoties voluerit, visitare liceat, quorum verborum tenor est talis: *Quam*  
 Congregationem

(Cōgregationē) Abbas Generalis dicti Ordinis pro tempore existens toties quoties voluerit & expedire iudicauerit, in Capite & membris per seipsum tantum & non per alium, adiuncto etiam sibi Præsidi ipsius Congregationis pro tempore existente, aut alio quocunque ad hoc per eandem Congregationem deputando, & non aliàs, dictoque Abbate Generali nequeunte vel nolente, Præsides solus vel cum adiuncto à præfata Congregatione deputando, iuxta præinsertorum Reformationis & Statutorum formam & tenorem visitare, corrigere & reformare liberè & licitè valeat. Ex quibus verbis prædicta obiectio, quòd dicti Reformati moliãtur discessionem ab obedientia prædicti Reuerendissimi Generalis, alio sibi Capite constituto, clarè & perspicuè diluitur & refellitur. Ac tandem expressissimè declarandum & protestandum prædictos Dominos Constituentes aliosque omnes dictæ Congregationis Religiosos nunquam agnouisse, nec in posterum agnoscere velle vel posse aliud Caput quàm totius Ordinis Generalem; neque ipsos intèdere recognoscere vel posse præfatum Monasterium Mussipontanum pro Capite dictæ Congregationis, sed solùm pro initio seu origine Reformationis. Ac suarum huiusmodi declarationis & protestationis sic per dictos Procuratores factarum instrumentum publicum confici & sibi tradi petendum & obtinèdum. Acta fuerunt hæc Viriduni in Monasterio Sãcti Pauli, anno, Indictione, mense, die & Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem Venerabilibus Dominis Richardo Doignon Cathedralis Ecclesiæ Viridunensis Canonico, & Claudio Chanot Sanctæ Mariæ Magdalenæ, eiusdem Ciuitatis, Cantore, testibus ad præmissa omnia & singula vocatis atque rogatis. Sic est subscriptum.

Et quia ego Notarius inscriptus, autoritate Apostolica publicus & in Romana Curia immatriculatus, præmissis omnibus, dum ita, vt præfertur, agebantur, interfui & de ijs omnibus notam sumpsi, Ideo hoc præsens publicum procurationis, protestationis & declarationis Instrumentum confeci & publicauit rogatus & requisitus in fidem. *Sic signatum.* C. d'Anly, Notarius Apostolicus. Et cum eo subscripserunt etiam supradicti Reuerendi Domini Vicarius, Abbas, Superiores & Procuratores.

NON EX RELIGIOSORVM  
COMMVNITATE.

NVLAM enim inducit separationem eiusmodi communitas, alioqui Ordines plerique, in quibus Religiosi facti sunt, præter antiquum morem, communes, veluti Antonianorum, Trinitariorum, Augustinensium Canoniceorum, Benedictinorum &c. à se diuisi censerentur.

QVAM autem hæc Religiosorum communitas sit utilis experiuntur Superiores ex eo, quòd qui Monasterio alicui certo sunt addicti, non tam facillè possunt in officio contineri quàm communes, propter familiaritates, quas contrahunt inuicem vel cum secularibus; aut propter inordinatas affectiones, quas habent ad inuicem; aut propter morum incompatibilitatem; aut propter persuasiones sinistras, quas de suis localibus Superioribus fouent, quod ab eis minus quàm cæteri diligantur.

NEC malis illis sufficienter obuiam ire possunt Visitatores, sic enim hærent eorum animis istiusmodi

suspiciones vt vlla vix possint inde vi auelli, difficul-  
térque possint, si communes non sunt, à Visitatoribus  
alieno in Monasterio retineri, ita enim malè viuunt  
contenti vel conuictoribus molesti, vt eos quāto cyùs  
remittere sit necesse.

NON EX CONGREGATIONE, PONTIFICIO  
INDVLTO ERRECTA, NEQVE EX ADMINICVLORVM  
recentiorum, quibus Reformatio  
conferuetur, vsu.

ALIO QVI omnes quorumcunque Ordinum re-  
formati essent ab Ordinibus suis diuisi: militant enim  
sub Congregationum specialium indultis, habētque  
specialia quædam adminicula ab antiquis diuersa, ip-  
sisque potentiora, quibus instaurationis suæ tueantur  
durationem. Si separati propter noua istiusmodi ad-  
minicula, quid culpæ est in hac diuisione, quam ipse  
summus Ecclesiæ Rector etiam in quibusdam Ordini-  
bus generalia Capita habentibus tolerat, vel etiam  
instituit, veluti in sanctis Prædicatorum, Trinitario-  
rum, Franciscanorum, Antonianorum & aliorum  
Ordinibus?

ANNO 1580. die 22. Iunij. Carmelitas discalceatos,  
antequam essent à Mitigatis separati, Gregorius XIII.  
ad instantiam Philippi secundi Hispaniarum Regis  
in vnam prouinciam rededit, & eis Prouincialem, qui  
tamen, sicut & tota Discalceatorum prouincia, totius  
Ordinis Generali subiectus esset, eligendi facultatem  
dedit, eorūque domos, Conuentus, Monasteria &  
loca quæcunque à Mitigatorum iurisdictione, visita-  
tione, correctione & superioritate exemit & liberauit.

excepto quòd Prior Generalis per seipsum tantum, iuxta eorum primitiuam Regulam & Instituta regularia, ab ipsis Discalceatis obseruari solita, eos visitare, reformare, corrigere, & punire posset, in Monasterijs tamen, domibus & locis eorundem Discalceatorum, extra quæ nullus eorum ab eodem Generali, quouis prætextu vel occasione, amoueri, assignari, mutari, extrahi aut transferri, aut ad alias prouincias mitti aut retineri possit, nisi aliter in eorum Capitulo prouinciali fuerit ordinatum. Prouincialis verò dictorum Discalceatorum valeat statim atque electus fuerit, officium suum, absq; vlla cõfirmatione (quam tamen à Generali petere teneatur) liberè & licitè exercere, Fratres & Moniales discalceatos, illorùmque domos, Monasteria & loca quæcunque regere, gubernare, visitare, reformare, corrigere & punire, ac Capitulum prouinciale suis loco & tempore indicare, conuocare, congregare, & celebrare, & quoscunque Officiales necessarios vnà cum Capitularibus eligere.

ANNO 1586. die 20. Septēb. Sixtus quintus omnia à suo prædecessore Gregorio XIII. Discalceatis cõcessa suo calculo approbavit & cõfirmavit: immò verò mox Anno 1587. 10. Iulij in alia Bulla ampliora concessit, vt nimirum possent Vicariũ generalem eligere, plures prouincias constituere, & ex ijs vnã Congregationem facere, in quam Vicarius generalis eandem habeat auctoritatem, quam Prior Generalis in totum Ordinem: Item vt in Capitulo Discalceatorum post electionem Vicarij generalis & distinctionem nouarum prouinciarum, per suffragia singuli Priores Prouinciales, deinde singuli Priores cuiusque domus seu

Monasterij dictæ Congregationis, demum sex Con-  
 siliarij ipsius Vicarij generalis ex omnibus prouincijs  
 eligantur. Item in eadem Bulla quamuis idem San-  
 ctissimus Pontifex prædictam Congregationem eius-  
 que Vicariũ generalem Priori Generali, tanquam  
 vniuersali & superiori Capiti totius Ordinis, velit sub-  
 iacere, tamen eiusdem Prioris Generalis in dictam  
 Congregationem Discalceatorum potestatem limi-  
 tat in hunc modum: Prior Generalis totius Ordinis  
 prædicti domos & Monasteria dictæ Congregationis  
 Discalceatorum, eorũque Conuentus & singulares  
 personas solus per seipsum personaliter, & associatus  
 duobus socijs & vno scriba seu Secretario, ab ipsa  
 Congregatione Discalceatorum eligendis, & iuxta  
 eiusdem Congregationis primitiua & nouissima Sta-  
 tuta, nec aliàs visitare, corrigere, reformare, & delin-  
 quentes punire possit, idque de consilio prædictorum  
 Sociorum, & intra Monasteria, domos & loca ipsorum  
 Discalceatorum duntaxat: extra quæ nullatenus ipsi  
 Discalceati, eorumuè aliquis ab eodem Priore Gene-  
 rali totius Ordinis amoueri, vel aliò transferri, neque  
 quisquam illorum loco mutari aut poni, neque Prio-  
 res aut alij Officiales earundem domorum, Mona-  
 steriorum & locorum Congregationis Discalceato-  
 rum pro tempore eis præsidentes à suis officijs amo-  
 ueri, neque alij eorum loco substitui, nisi ob enormen  
 excessum, qui iustè tolerari nequiret, & tunc in defe-  
 ctum Vicarij generalis ipsius Congregationis, & de  
 consensu dictorum sociorum, nec aliàs vllò modo  
 valeant. *Et post pauca:* Prior autem Generalis prædi-  
 ctus quoad visitanda Monasteria, domos & loca Dis-  
 calceatorum, statutis & priuilegijs eiusdem Congre-

gationis in omnibus & per omnia se conformet, nihilque contra illa innouare aut alterate præsumat.

AB ANNO 1601. die Martij vltima, per Clementem Papam VIII. licet Trinitarijs eligere ex suæ Reformationis gremio duos vel tres, Ministro Generali proponendos, è quibus vnus ab eodem Generali deputetur, qui liberam & plenam habeat potestatem in omnia Monasteria, loca & personas Congregationis huiusmodi, eaque (adiunctis duobus vel tribus Assistentibus, à Generali itidem approbandis) visitet, qui quidem Visitator quolibet anno eligatur, saluâ nihilominus obedientiâ Ministro Generali debitâ, cui liberum sit quoties voluerit & expedire iudicauerit, eiusmodi Congregationem per se secundum ipsius Regulam & statuta visitare, reformare, corrigere & punire, ita tamen vt in suis visitationibus aliquem sibi ex Reformatis asciscat, neque extra Reformationis Monasteria quemquam corrigat. Si qui verò ex laxioribus, suæ salutis consulentes, Reformationem ingredi voluerint, agant in ea annum probationis donec inter professos habeantur, quo expleto non possint sine apostasiâ nota ab vlla Reformationis domo ad aliam laxiorem sese conferre, sicuti nec alij in alia Reformationis domo professi aut professionem emissuri. Atque vt ipsa Reformatio ad Dei gloriam, incrementum capiat, mandauit Generali Ministro & Prouincialibus dicti Ordinis, vt eam foueant & amplectantur, seque & alios, quantum poterunt, ad exactam Regulæ & Statutorum eiusmodi obseruantiam componant, districtè inhibens sub indignationis suæ & priuationis ab officio, eo ipso, si cōtrauenerint, incurrendæ pœnis, ne quem

*Ex laxio-  
ribus.  
ingredi vo-  
luerint.  
Congregati*



quam de eiusmodi Reformatione distrahere præsumant, aut vocare ad aliam domum laxiorem, nisi forsitan ad effectum reformandi alias domos, in quibus viderint Religiosos ad acceptandam Reformationem dispositos, idque cum consensu prædicti Visitatoris, nevé aliàs dictæ Reformationis cursum impedire aut retardare, seu Visitatorem prædictum & Fratres debitum suum exequentes perturbare aut molestare debeant. Si quid verò contra literas Apostolicas vel Constitutiones Reformationis, à sancta Sede approbatas, attentauerint, eiusmodi Reformatos ad obediendum talibus iussis minimè teneri decreuit.

ANNO 1619. die 21. Februarij eisdem Trinitarijs Paulus V. facultatem dedit erigendi vbique locorum nouas domos, & recipiendi domos non reformatas, Vicarium triennalem eligendi, & Religiosos suos de Monasterio ad Monasterium transferendi: Ministro verò Generali voluit quidem esse subiectos, sed ita vt non nisi per seipsum & adiuncto vno quem à consilijs, & altero quem à Secretis ipsi Congregatio esse velit, visiter aut alia Reformationis negotia definiat. Eâdem Bullâ idem Papa prouincias Franciæ & Prouinciæ ab inuicem segregauit, & vnicuique Vicarium generalem triennalem, Ministro Generali subditum, assignauit.

VRBANVS quoque octauus, modernus Christi in terris Vicarius, anno 1624. die 30. Septembris, cùm eiusdem Ordinis Minister Generalis à Sancta Sede pro vniuerso suo Ordine visitando literas impetrasset, paulò post alio rescripto declarauit suæ sanctæque Sedis mentem nunquam fuisse priuilegijs & indultis dictorum Reformatorum vlla in parte derogare aut

præiudicare, immò statuit denuò ne contra sua Statuta, iam aliàs approbata & confirmata possent, visirari.

HAS omnes summorum Pontificum Bullas Ludouicus XIII. qui hodie Regni Gallici clauum tenet, etiam inuitis & repugnantibus aduersarijs, ratas habuit, & Regiæ suæ Maiestatis autoritate in suo priuato Consilio anno 1627. die 19. Martij confirmauit.

ANNO 1622. die 18. Iulij Congregationem à Reuerèdissimo Domino Antonio Brunel de Gramont, Monasterij Sancti Antonij Viennensis Abbate, actorius Ordinis eiusdem Sancti Antonij Generali institutam, Gregorius XV. approbavit & confirmavit, & in eiusdem Congregationis gratiam omnia beneficia suppressit & extinxit, liberamque dedit Congregationis huiusmodi facultatem quælibet pro ipsius fœliciore incremento ac conseruatione statuendi, ordinandi, immutandi, limitandi & corrigendi, Seminarium pro recipiendis & instruendis Nouitijs designandi & destinandi, Generalem Ordinis ex solo Reformationis gremio eligendi, Præceptores & alios beneficiarios vel Officiarios ex Congregatione de triennio in triennium assumendi. Atque quidem vt sua Sanctitas propensiores beneuolentiam, qua Reformationem illam amplectebatur, magis magisque ostenderet, dictæ Congregationi omnia omnium aliarum Religionum priuilegia & indulta liberaliter concessit.

EADEM omnia deinde anno 1625. die 22. Februarij Urbanus octauus sua autoritate & robore denuò munivit. Et Ludouicus Christianissimus Galliarum Rex annis 1621. & 1623. per totum suum Regnum valida & firma esse & haberi duplici Consistorij sui  
maioris

maioris decreto iussit.

FRATRES de pœnitentia tertij Ordinis Sancti Francisci à varijs Pontificibus varia ad Reformationem suam propagandam & conseruandam acceperunt adminicula. Inter cœtera autem illud non est postremum, quòd potestatem eligendi Visitatoris generalis penes ipsos esse Eugenius IV. anno 1442. decreuit in hunc modum: Eorum generale Capitulum prima vice & successiuè perpetuis futuris temporibus quoties illud celebrare contingeret, vnum ex ipsis, in sacerdotio tamen constitutum, in eorum, ac præsentium & futurorum præfati Ordinis domorum & locorum prædictorum Visitatorem iuxta modum & formam ab huiusmodi Capitulo desuper statutos seu statuendos eligere & deputare: Quodque ipse Visitator sic pro tempore electus & deputatus, Superior eorum esse, ac omnibus & singulis domibus & locis ac Fratribus præsentibus & futuris prædictis ac bonis ipsorum præesse, & eorum curam gerere & exercere. *Et post pauca.* Ac etiam per seipsum duntaxat Capitulum generale huiusmodi cõgregare, illique præesse, ac donec ex dictis Fratribus ad officia domorum & locorum prædictorum, quoties illa cassare seu expirare contigerit, deputare & instituire &c. liberè & licitè possit & valeat.

IDIPIVM anno 1459. Calend. Maij confirmauit Nicolaus Papa quintus, & insuper iisdem Fratribus Ministrum Generalem concessit his verbis: Omnes & singuli Fratres prædicti vnum presbyterum dicti Ordinis professorem, in eorum Generalem Ministrum, qui quoties opus fuerit, per se vel alium, seu alios ad id per eum deputandum seu deputandos, qui-

buscunque dicti Ordinis Fratibus & ipsorum fami-  
 liaribus, seu seruatoribus eorum, confessionibus dili-  
 genter auditis, in omnibus præterquam Sedi prædictæ  
 reseruatis casibus, debitam absolutionem impendere,  
 & iniungere poenitentiam salutarem; ac ipsos Fratres  
 familiares & seruitores à votis minoribus absolueri;  
 nec non quoscunque dictum Ordinem profiteri vo-  
 lentes ad professionem huiusmodi, etiam iuxta quæ-  
 dam indulta siue concessionem per fœlicis recorda-  
 tionis Eugenium Papam IV. prædecessorem no-  
 strum, circa tria vota substantialia, recipere possit &  
 valeat, habere, & illi obedire perpetuò teneantur. Et  
 si quo tempore appareret vniuersitati Ministrorum  
 dicti Ordinis præfatum Generalem Ministrum non  
 fore sufficientem, teneantur Fratres prædicti, ad quos  
 electio huiusmodi spectat, alium sibi in Generalem  
 Ministrum in generali Capitulo, quod dicti Ministri  
 & Fratres semel singulis annis celebrare sunt astri-  
 cti, eligere debeant: Quòdque in huiusmodi genera-  
 li Capitulo, cui tam Generalis quàm alij Ministri, nec  
 non etiam alij Fratres in communi & sub obseruan-  
 tia non viuentes obedire teneantur, nominentur  
 etiam & deputentur Diffinitores ad instar Capitulo-  
 rum generalium, Priores, & Fratres Ordinum regula-  
 rium: Et quicquid per Deputatos huiusmodi vnà  
 cum Generali Ministro concorditer diffinitum seu  
 statutum fuerit, publicetur, & diligenter tam à Mini-  
 stris & Fratibus, quàm alijs subditis primo anno ob-  
 seruetur secundo anno examinetur, & tertio anno  
 approbetur, si approbandum videbitur, & si appro-  
 bare contigerit, in antea plenam habeat in omnibus  
 Conuentibus eorum firmitatem.

ACCEDIT etiam Clemens Papa VII. qui anno 1526. Idibus Martij agens de Reformatione Fratrum dicti tertij Ordinis in Castellæ & Legionis, Galiciæ, Andaluciæ seu Vandaliciæ regnis degentium, expressè vetuit ne aliquis cuiuscunque status, ordinis, dignitatis, gradus & conditionis Visitator Generalis dicti Ordinis de pœnitentia vllatenus sit, nisi ipsum Ordinem de pœnitentia expressè professus, & per maiorem partem Ministrorum & Discretorum in Capitulo generali eiusdem Ordinis de pœnitentia canonicè fuerit electus. Idem Pontifex in eodem suo diplomate Visitatori Generali eorundem Fratrum impertitur facultatem vt quæcunque statuta, ordinationes & constitutiones, ad strictiorem obseruantiam regularem ipsius Ordinis de pœnitentia tendentes, condere & alterare ac immutare & edere liberè & licitè valeat: Insuper ipsorum quieti & tranquillitati prouidens, in eadem ipsa Bulla concessit vt per Ministros, seu Magistros, seu Vicarios Generales vel Prouinciales Ordinis Minorum, seu Regnorum, Prouinciæ, etiam Hispaniarum, ac Portugalliæ partium Ordinarios, aut quoscunque alios Prælatos visitari, aut quoquo modo alterari, inquietari, turbari vel molestari, aut eis vel eorum Generali Visitatori in obedientia, visitatione, correctione, Superioritate & officio, seu aliàs quouis modo præiudicari publicè vel occultè non possit vigore quarumcunque literarum Apostolicarum.

VERVM quidem est Pium Papam V. nescio quibus rationibus inductum, officia Ministri & Visitatoris Generalis, eiusdem tertij Ordinis Sancti Francisci de pœnitentia nuncupati, perpetuò extinxisse & aboluisse, & totum eiusmodi Ordinem Generali & Pro-

uincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia submisisse; sed id non adeo diu durauit, paulo enim post, id est anno 1586. Sixtus V. cōsiderans quod prædicti Fratres tertij Ordinis sub obedientia Ministri Generalis & Prouincialium Fratrum de obseruantia manētes, nihil profecerāt, immo in eōdem tertio Ordine varij abusus irrepserant, & quod si Generalem iuxta sua regularia instituta eligere possent, ipsis plurimum consultum foret, eisdem quam alias habebant eligendi Visitatoris Generalis aliorūque Ministrorum & Officialium creandorum facultatem restituit.

SED & Clemens VIII. anno 1603. die 2. Octobris eorundem Fratrum in Gallia existētiū prospero statui prospiciens, Apostolica authoritate ordinauit vt ex seipsis vnum Ministrum Prouincialem per vota secreta eligerent, qui sic electus à Ministro Generali vel Commissario nationali Frāciæ, aut alio qui eorum nomine electioni præfuerit, confirmari deberet, & vbi notificata alteri ipsorum fuerit, nec tamen confirmata, authoritate Apostolica censeretur valida rata & firma.

QVAM quidē Clemētis VIII. Bullam Christianissimū Galliarū Rex Henricus IV. annis 1604. & 1608. duplici mādato executioni in suo Regno demandari iussit, atque post Curiaē decretum super iisdem in gratiam Reformatorum Tertiariorum factum, vt Prouincialis Generalis R. P. Vincentius Mussart, Reformationis huiusmodi indefessus contra aduersariorum importunos insultus defensor, potestate sibi à summo Pontifice concessā vteretur, & in possessionem omnium Conuentuum non reformatorum, ibidem dis-

ciplinam regularem restitutus, mitteretur, mādavit; Religiosis verò eiusdem Ordinis vt prædicto Prouinciali obedirēt, & omnibus Congregationibus ac Capitulis ab ipso instituendis interessent præcepit.

ANNO autem 1610. Paulus Papa V. eisdem Clementis VIII. literas suæ authoritatis robore munivit confirmauitque.

HANC ipsam Tertiariorum Reformationem Ministri Generales tantum abest vt improbauerint, vt potius, tanquam primæ institutioni conformiorem, mirum in modum approbarint & collaudarint, eiusque Statuta lubenti animo rata & grata habuerint. Extant inter cætera hac super re Reuerendissimorum Patrum Archangeli à Messana & Bernardini de Senis Ordinis Fratrum Minorum necnon Fratrum Pœnitentium tertij Ordinis Sancti Francisci Ministrorum Generalium literæ, in quibus tam piè quàm honorificè de eadem Reformatione, à pluribus Pontificibus Congregationis titulo decorata, sentiētes, suam operam & authoritatem, prædecessorum suorum more, eidem Reformationi tuendæ ac defendendæ nūquam defuturam sanctè pollicentur.

Sed enim longus nimis essem si omnium Religionum ad primæum rigorem reformatarum adminicula à Summis Pontificibus & Regibus approbata, & confirmata ostendere vellem, illud vnum omnittendum non est, Sacros Orbis Pontifices non solum Ordinibus strictius reformatis, verum etiam ijs qui mitiorem amplexati essent reformationem, sua adminicula confirmasse. Prodibunt ad hanc tutandam veritatem ex Italis plerique, qui licet suis in Monasterijs primam vitæ asperitatem non receperint, media tamen à pri-

mis longè diuersa, sed tempore consentanea, auctoritate Apostolica ad se in assumpta Reformatione continendos, lubentes sunt amplexi. Pontifices Romani iure nouo Italos Abbates aliàs perpetuos, in quinquennales, alibi in triennales commutarunt; ne Nouitij ad habitum & professionem præterquam in Conuentibus certis aut designandis admitterentur inhiuerunt; nouiter professos olim in singulis Monasterijs retinendos, speciali Monasterio destinârunt; Fratres omnes aliàs suis in Monasterijs perpetuos, singulis quibusque triennijs mutandos decreuerunt; Patrum-Abbatem iurisdictionem in Prouincialis & Visitatorum, à Capitulis prouincialibus eligendorum, potestatem transtulerunt.

AT QVÆ hæc fuere nouissimis hisce temporibus Congregationes cum nouis suis adminiculis crectæ, cæteras taceo; nolo enim quæ omnium oculis conscientiaque tenentur hîc narrare, cum in re peruulgata, hominumque sermonibus contrita bonum otium consumere, puerile sit ac turpe. Mitto ergo dicere foelicibus Illustrissimi Cardinalis de Rochefoucault auspicijs, Canonicoꝝ sancti Augustini Congregationem Syluanecti non ita pridem natam, ab eodem Parisios inuectam, propagatam per Galliam, Carnuti à Reuerendissimo Episcopo receptam, ad extremos Baiocensium oras penetrasse fructu mirabili.

Nec à me aduersarij audient quod non nesciunt, in urbis limine, in Generalis sui oculis, Montmorancij ac in vicinis circà locis, nec non prouincia Prouincie Trinitariorum coctum esse, quem Reformatoꝝ Cōgregationem diplomata Pauli V. & Urbani VIII. nominant, & cui Regia Maiestas sic fauit vt prima-



ritum Ordinis Monasterium ipsis, paucis abhinc annis adiungere cogitarit.

Neque dicam Parisijs, ac vbique ferè totâ Galliâ viuere Eremitas sancti Augustini discipulos, vitâ, Vicario, statutis, moribus, ac Superioribus à non Reformatis distinctos, quorum coetui Congregationis quoque nomen inditum.

Sed & illud probè norunt aduersarij, Occitanam Prædicatorij Ordinis, & Tertiariam Sancti Francisci Congregationes, & eam quæ est Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, in tota Gallia notissimas, vsque in Lotharingiam sese diffundere.

QUICQUID tandem aduersarij de Congregationibus institutis obmurmurent, satis nobis est ad saluandas sine Ordinum diuisione varias in eis Congregationes institutas, quod summi Pontificis, penes quem est omnium Religionum gubernium, & qui (vt docet Sotus lib. 8. de iustit. q. 5.) non solum est Caput totius Ecclesiæ, sed etiam Generalis, Prouincialis, Abbas & Prior Religiosorum omnium, auctoritate subsistant. Instituit enim ille Religiones, nec tamen sibi aut successoribus manus ligare debet, imo non potest. Adminicula olim concessâ, mutare & tollere, ac noua condere, Congregationes in hac vel illa Religione erigere, ipsi & liberum & licitum est; nec tamen quisquam meritò conqueretur aut quod Ordines diuidat, arguet. Ipsius enim est animarum saluti inuigilare, auxiliâque opportuna ipsis dare, atque vbi data in aliquo deficerent, noua præfigere. Et hoc est quod passim fieri sine vlla Ordinum diuisione nemo non videt; quamuis nonnunquam Ordinem ab Ordine diuidi cætrum sit, vtpote quando supremus

ille militantis Ecclesie Rector videt perpetuis Reformatos ab aduersarijs agitari perturbationum procellis, prout Clemens VIII. anno 1592. Fulienses à Cisterciensibus, & anno 1593. Carmelitas Discalceatos à Mitigatis, pacis conciliandæ gratia perpetuò diuisit separauitque.

AT, inquit nonnulli, non sunt ea, quæ à strictioris Reformationis professoribus, præter aliorum morem, obseruantur, tanti momenti ac ponderis vt propter ea specialem sibi in Ordine debeant vëdicare Congregationem. Intellego: non sunt hæc eorum opinione ad Congregationis fundamentum & basim sufficientia, videlicet:

IEIUNIUM ab exaltatione Sanctæ Crucis vsque ad Pascha,

ABSTINENTIA à carnibus perpetua,

LECTIO ad mensam continua, & nec semel intermittenda,

LANEORVM ad carnem tam nocturnus quàm diurnus vsus,

PECUNIARVM omnium Monasterij sub triplici clauæ custodia,

BONORVM Monasterij per Officiales religiosos administratio,

OMNIVM Officialium in annuo Capitulo depositio,

COMMVNITAS Religiosorum, quæ consistit in hoc vt nulli eorum, qui Congregationi inserti sunt, singulari alicui Monasterio addicantur, sed sint singulis annis per dictum Capitulum sine vllius causæ declaratione transferibiles.

RECOLLECTIO annua cum confessione generali.

rali eiusdem anni.

**IURAMENTVM** de non procuranda vel acceptanda dispensatione super Reformationis articulis, & de non procurandis beneficio, dignitate, vel Prælatu-  
ra seu Prioris officio, directè vel indirectè.

**HAEC** & plurima alia si non sunt ad Congregationis erectionem sufficientia, vt quid in alijs Ordinibus, veluti Antonianorū, Trinitariorum, Augustinianorum, Prædicatorum & Minorum &c. Summi Pontifices vel Ordinum Generales similium occasione ac consideratione cœtus speciales erigendos existimârunt.

**SI** etiam hæc adeò sunt exigua, si tam parum à communi viuendi in Ordine modo discrepantia, quare nonnulli vel tantillum tantâ refugiunt nausea? cur tam exiguum quid amplecti dedignantur vt ad priorum Patrum propiùs accedant vestigia?

**SED** hæc si ad Congregationis erectionem non sufficiunt, sufficiat saltem quod inter obseruare & teneri obseruare magna sit discrimen, magna distãtia.

## NON EX STATVTORVM DIVERSITATE.

**MILITAT** enim Communitas nostra sub Statutis toti Ordini communibus, & ad ea magis quàm cæteri sumus astricti, vinculo nempe Reformationis quoad essentialia, quamuis nonnisi sicut alij quoad accidentalia. Quæ tamen omnia ausim asserere à nobis exactiùs libentius quàm ab alijs obseruari, paucis exceptis, ijs nimirum quibus fuit à Summo Pontifice per vtramque Bullam (alijs potentioribus in eorum locum ad

firmiorem Reformationis durationem suffectis) derogatum. Accedit quòd si ex paucorum Statutorum diuersitate, quibus vtitur Pontificia authoritate Communitas nostra, inferri iure posset separatio ab Ordine, nonne meritò culpandus veniret sanctus Minorum Patriarcha Franciscus, tanquam suum diuidens Ordinem, dum in sua Regula diuersam Quadragesimarum obseruationem his verbis inducit: *Qui eam (videlicet dierum quadragenam) ieiunare voluerint, sint benedicti à Domino; & qui nolunt, non sint astricti.* Tandem si altera Ordinis pars in priorum Statutorum præceptionibus constans hæreret, an propterea Ordinem à se diuisum iure quis diceret? quòd si idèò diuisus censeretur, certè iam à se maximè diuisum quis ambigat, cum pleraque Statutorum posteriorum præcepta à plerisque, quoad praxim, postponi prioribus liquidò constet?

## NON EX OBSERVANTIARVM ITIDEM DIVERSITATE.

**ALIOQVI** omnia penè Ordinis Monasteria essent à se diuisa, cùm vix vllum reperiatur quod cum altero omnibus in obseruantijs conueniat. Tanta enim in Ordine est diuersitas, vt non nisi diuersæ in singulis penè Monasterijs notentur consuetudines, quibus quisque, tanquam legibus iustissimis, mordicus inhæret.

Et Germanos religiosissimos ab Ordine diuisos quis existimet, quod aliorum more pileos quadratos, almucia & caputia Episcopalia seu moschetas non gestent? Quis diuisum à se Ordinem iure clamet quòd

hi manicas habeant amplas, alij in modum thoracis strictas? quòd hi cincti, alij discincti incedant? quòd hi tonsuras gerant Norbertinas, alij secularium sacerdotum similes aut penè nullas? quòd hi in Dormitorio dormiant, alij extra? quòd hi ad communem Refectorij mensam comedant, alij in separato triclinio? quòd hi matutinarum officium media nocte persoluant, alij hora post mediam noctem quarta? quòd hi ad mensam lectionem habeant perpetuam, alij breuem vel nullam? quòd hi ex communi vestiuntur vestiario, alij vestes in suis quique asseruent cubiculis? Si non sunt talia ad Ordinis diuisionem sufficientia, cur Reformationis articuli, ex ipsis Statutorum antiquorum fontibus scaturientes, diuisionis authores proclamabuntur?

NON EX EO QVOD REFORMATI  
OBEDIRE CONTRA REFORMATIONEM  
non teneantur.

ALIOQVI sequeretur omnes Reformatos ab Ordinibus suis esse separatos, cum illis non obtemperarent nisi secundum Reformationis suæ adminicula; neque enim sine Pontificiarum tabularum sibi concessarum lætione, aliter obtemperare possunt. Obtemperant ergo Generali Præfesto, obtemperant Capitulo itidem generali secundum suam Reformationem, à Pontifice approbatam & cum mandato de non resiliendo coniunctam, præcipientibus. Aliter verò mandantibus vt obedire non debet, ita nec possunt: Non enim obediendum est Prælato inferiori contra præceptum Superioris aliquid imperanti. L.

Contra pupillum. & Can. Si dominus. Can. Iulianus. exempli gratia. Obedire non licet Abbati præcipienti contra Deum, vt resignare suum beneficium indigno; vel contra præceptum Summi Pontificis, vt ministrare in Paschate Eucharistiam sine licentia parochi; vel contra præceptum Generalis Abbatis aut Visitatoris, vt à confessione hebdomadaria, à Visitatore iniuncta, abstinere sine causa. Panormit. c. Inquisitioni. de sentent. excommun. D. Antonin. 3. part. summ. tit. 22. cap. 6. q. 7. §. 6. post D. Thomam 2. sentent. dist. fin. & D. Augustinum II. q. 3. primæ notæ Doctores.

Ambigere autem an summus Pontifex sit omnium Prælatorum supremus, neminem posse docet idem D. Thomas in 2. dub. ult. & contentiunt Doctores afferentes Pontificem non minus esse ordinarium Prælatum quàm sit Generalis, & esse principaliorem. Caietanus q. 88. art. 12. §. ad secund. q. 15. Sotus lib. 7. de iustitia q. 3. art. 1. Nauarrus in Summ. cap. 12. n. 76. & sumitur ex D. Bonaventura in Apologia pauper. 4. respons. partic. 2. art. 1.

INFERRI autem probè ex eo quòd contra Pontificiam Reformationem obedire Reformati non astringantur, Ordinis alicuius diuisionem, non est qui iure sustineat, quamdiu Papa vult secundum Reformationem à se approbatam, Abbati & Capitulo generalibus obtemperari. Vbi verò ab obedientia omnimoda eorundem, Reformatos subtrahit, Ordinem tunc eum diuidere nullus inficiatur, prout aliàs erga Fulienses anno 1592. & Carmelitas Discalceatos anno 1593. ad tranquillitatem, quam cum Relaxatis habere non poterant, ipsis conciliandâ Clemens VIII. se gessit.

NON EX OBEDIENTIA QUÆ GENERALI  
ORDINIS ABBATI PRAETER MOREM  
cæterorum in professione præstatur.

TANTVM enim abest vt expressa istiusmodi Obedientia nos separet, vt potius firmiter illi nos copulet, & ad fictam separationis suspicionem ex aduersariorum animis euellendam sit sufficiens, vnde quòd Reformati dum sua Deo vota nuncupant, ad alia quàm quæ communibus Ordinis sui Statutis præscribuntur, sese astringant, nemini mirum videri debet, cum ad ita vouendum pluribus inducuntur rationibus, quas inter hæc duæ sunt ferè præcipuæ, nimirum vt firmiter perfectiusque Reformatio seruetur & perpetuetur; deinde vt ipsis cum totius Ordinis Capite immortalis inuolabilisque coniunctio persistat. Quod perperam aut temerè & cum noxa ab eis fieri nullus asserat, præsertim quando cum bona Generalis Abbatis & summi Pontificis venia id ab eis factitari intellexerit. Nam si generalibus Ordinis Præmonstratensis comitijs fas fuit, professionis formulæ, ad clariorem obligationis, quæ in professione continetur, notitiam, Castitatis & Paupertatis (quæ partes sunt professionis essentielles) specialem addere mentionem, cur Pontifici accidentalibus eiusdem formulæ partibus addere aliquid vel detrudere nefas fuerit? Equidem est Capitulum auctoritati summi Pontificis obnoxium, non contrà, & cū ipse aliquid addit vel detrahit, Ordinem propterea non diuidit, quandoquidem eos qui illis vtuntur additionibus vel detractionibus, Capiti & Capitulo generalibus subiicit, vt ijs secundum Reformationem

obtemperans.

NON EX PRIORVM  
ELECTIONE.

ALIOQUI fatendum est fuisse per multos annos nostrum Ordinem à se separatum non solum in Germania, sed etiam in Gallia. In Germania quidem, quia ante aliquot annos Priores Conuentuales à Conuentibus passim eligebantur, & ab Abbatibus acceptabantur. In Gallia verò, quia Abbates sunt Commendatarij, & à Rege atque Põtifice, nulla præuia Conuentualium electione, donati, plerique Conuentus sibi Priores delegerunt, & Generali Abbati vel eius Vicarijs ad confirmationem obtinendam præsentatos assumpserunt, hoc sibi deberi ius arbitrati quod iure eligendi Abbates spoliati, possent saltem Priorum electione gaudere. Quod etiam Præmonstrati factum tempore Abbatum regularium, superstites nonnulli eiusdem archiccenobij alumni testari possunt.

Et tamen quis tanto temporis cursu Ordinem tam celebrem & integrum à se fuisse diuulsum inclamet? si autem propter plerasq; eiusmodi Priorum electiones, propria autoritate vsurpatas, à sese separatus nõ extitit, cur iam clamabitur per istiusmodi electiones, autoritate Pontificia inductas, à se diuisus?

AT fit iniuria Abbatibus. Nulla planè. Volenti enim nulla fit iniuria. Fit nempe à Pontifice Benedictinis, Bernardinis, Hieronymianis iniuria, quorum Præfectos in plerisque eorum prouincijs perpetuos esse noluit, sed temporarios, sed triennij, ad summum



quinquennij spatio circūscriptos. Quid amplius? Statuit idem Pōtifex, ne soli Abbates suo arbitrio Monasteria regerēt, neq; ad libitū fructus impenderent, sed duntaxat de quorundam consilio ac assensu, quos nonnullibi Consiliarios, alibi Definidores, alibi Discretos appellāt. Et tamen si Statuta spectes Ordinum, si decretum Pelagij Pōtificis, sunt eorum magistratus perpetui cum iure administrationis plenæ & integræ. Can. Nullam. 18. q. 2. Si hi non læduntur dum regimen administratiōque integra soli Abbati non committitur, quid iura sua violari queruntur nonnulli, quòd Prioris electio, quòd Procuratoris & Magistri Nouitiorum, qui omnium est in Communitatibus communis, contra primarium Ordinum institutum, Capitulis prouincialibus committitur, ne Abbates soli administrarent, vt facere esset necesse, si solis eos constituere & pro libito destituere esset integrum. Sed enim cū volenti non fiat iniuria authore D. Thoma 2. 2. q. 59. Aristot. 5. Ethic. cap. 9. & 11. liberumque sit cuique more suo ac arbitrio extra Congregationes illas viuere, aut in eis magnarum virtutum posteris documenta dare illustria, quis nos culpet? quis illos? nos quidem, si vitam ex præcepto legum, quibus in Congregatione adulescimus, ab eis exigimus? illos, si postquam aggregare se isti nobisque ausu omnino laudabili placuit, eius more vitam componere, institutis assuescere, potestatis suæ parte se aliqua, ad Dei suorumque gloriam, spoliare non sit graue?

ATQVE vtinam, ô dignissimi Præsules, vobis liberet ab Episcopis in hoc genere exempla sumere. Ac quieuerunt illi vt Congregationes Benedictinorum Sanctorum Vitoni & Mauri, alioqui sibi subditorum,

erigerentur: immò vt Abbates Ordinum, quos tamen Conciliorum & Pontificum decretis suæ pridem obnoxios habebant potestati, sibi subtrahi paterentur. Eorum & vos exemplo non pigeat paucillum de iure vestro, ad Principis Dei gloriam, vestramque pacem ac laudem, remittere, certo certiùs vobis persuadentes, vestros subditos, illud tâtillun. obsequio & obedientiæ supra cæteros promptitudine, Diuos Cælites premio, Reformatos æterna virtutis vestræ memoria precibusq; apud Deum pro incolumitate vestra compensaturos.

NON EX PROVINCIALIS  
VICARII ELECTIONE.

QVÆ enim in hoc est Ordinis diuisio, quòd Vicarius Congregationis electus, Reuerendissimo Generali confirmandus præsentetur? Suntne ob id Antoniani diuisi quod anno 1622. reformata eorum Congregatio, præter antiquum morem, indulgentiâ Pontificiâ Præceptores sibi eligendi potestatem acceperunt? Suntne diuisi Trinitarij quod anno 1619. à Sancta Sede Vicarium triennalem è suæ Reformationis gremio eligendi priuilegio fuerunt donati? Si propterea hi alijque Ordines non sunt diuisi, cur asserant nonnulli Ordinem Præmonstratensium ob Prouincialis in Congregatione ipsorum electionem diuisum iri? Par est certè vtrobique ratio. Quæ ergo querimoniæ causa? Intellego. Iniuriam Abbati Generali fieri conqueruntur. Sed frustra. Quicquid enim est in Generalium Abbatum potestate, id cum virtus, æquitas, publicæque causæ utilitas exigunt, suo committere nomine

nomine alteri impunè possunt. Quod enim quis per seipsum gerit, alterius quoque opera ad eius molitionem vti potest. At quis negat lustrandarum prouinciarum, atque adeò vniuersorum Ordinum ius Reuerendissimis Generalibus esse, quoties & quando eis est collibitum? Sufficere ergo sibi viros principes, vnum aut plures, ad hoc ministerium sanctum ac laudabile quin valeant, nemo prudens rerum æstimator ambiget. Faciunt id verò, cùm exclusis reliquis, qui ad Cōgregationes & eorum membra non pertinent, eisdem Cōgregationibus licitum esse voluerunt, sibi Præsides à Reuerendissimis Generalibus confirmandos præficere, à quibus huiusmodi Cōgregationes eorundem Generalium autoritate ac nomine regantur.

AT ID SOLVS (INQUIVNT) ANNVERE  
GENERALIS NON POTVIT.

SIT ita verò. Quid tum denique? Ecquid non potuit cum Pontifice, cuius est in Ordines summa potestas? Statutū enim factum autoritate Papæ, vel ab eo confirmatum (vt Miranda de Statut. q. 29. a. 8. asserit) eius esse incipit, cùm eius verba oratioque vim habeant mandati siue decreti, non solius priuilegij. Qui enim actus cōfirmatur à Principe, peræq; stabilis, cōstans ac firmus est, ac qui per eum geritur. L. I. Cod. de iure veteri enucleando, vbi hæc leguntur: Omnia nostra facimus, quia illis nostra impartitur autoritas. Et assentitur Pōtifex cap. Si Apostolicæ. de præbend. in 6. his verbis: Cum pia prouisio ipsius legati, post impartitam à nobis autoritatem, nostra censeatur effecta. At esse de hoc genere plerasque Cōgrega-

tionum Bullas, vt pote quæ mandato sint coniunctæ, nemini qui eas leget, ambigere est licitum. Certè à Constantiensi Concilio permittitur Fratribus Minoritis, qui Obseruantes appellantur, eligere sibi Vicarios Prouinciales, homines industrios ac graues, qui de familia sua Reformatis præessent, idque ne Ministri & Custodes, quibus erant ex prouincia ad regendum commissæ, molestijs suis restitutæ disciplina cursum retardatum irent. Rodericus tom. 1. Bullarum. Arqui tantum & amplius in procuratione animarum Papæ est concessum diuinitus, quantum sibi Concilia vendicant. Vt ergo adoptandi sibi Vicarij potestas est olim Minoritis à Cõcilio data, ita & hanc huius seculi Reformatis attribui à Pontifice potuisse cui dubium?

AT IN EO SVCCESORVM  
GENERALIYM IYRSDICTIO  
violatur.

Mirum certè quòd reperiantur nonnulli qui Congregationes Reformatorum tanta persequuntur maleuolentia, vt cum eas manifestis suis euertere nequeant machinis, non vereantur tamen omnes suas vires exerere vt zelosorum conscientias ad intricatos scrupulorum scopulos allidant. Sed frustra. Reseruauit enim sibi Deus plerosque qui coram hoc scrupulorum Baal curuare genua constanter recusarunt. Taceo cæteros. Non putat Ordinis Sancti Antonij Præfectus Generalis suæ suorumque successorum dignitati & authoritati se quicquam derogasse, cum impetrauit vt Vicarius suus ex gremio Reformatorum eligeretur. Aut certè si hoc in genere de-

rogari putauit, ipsam derogationem centupla boni inde prouenturi portione compensandam fore facile pro sua prouidentia præuidit. Præstitit adhuc amplius. Nam animo verè exemplari se Reformationi & Congregationi submisit, atque à Papa obtinuit ut ipse totius Ordinis Generalis non nisi ex eodem Reformatorem gremio eligi & assumi posset. Hæc sunt verba Gregorij XV. & Urbani VIII. summorum Põtificum: *Et ne de cætero præfato Abbate Generali cedente vel decedente, aut à dictæ Congregationis institutis recedente, ullus nisi ex gremio prædictæ Congregationis huiusmodi ab alijs eiusdem Congregationis duntaxat, omnibus alijs tunc existentibus Ordinis præfati Canonicis, qui ipsi Congregationi sese non submitterent, quoad vocem passivam, penitus exclusis, in Capitulo expressè conuocato, vel generali proximè futuro eligi valeret.* Insuper earundem Pontificiarum literarum vi Præceptores ac Supprieores (qui loco Priorum in dicto Ordine habentur) eligibiles esse voluit, cum antea illi sola Generalis, hi verò sola Præceptoris Monasterij cuiusque autoritate constituerentur. His Pontificiis decretis assensit Christianissimus Rex anno 1619. Regis assensum ratum habuit Magnum Consilium annis 1621. & 1623.

Non etiam existimauit Reuerendissimus Ordinis Prædicatorij Generalis de sua suorúmque Successorum autoritate aliquid iri imminutum, etiamsi non aliunde quàm ex Reformatorem gremio Occitanæ Congregationis generalem Vicarium suo exemplo docuerit eligendum. Quanto autem studio conatus fuerit amplissimum illud Parisiense Collegium, via Jacobæa situm, suis adiungere Reformatis est luce:

meridiana clariùs ex illa, quam Reformationem recusantibus & Reformatos oppugnantibus denegauit, benedictione. Ab illis enim auersus, & ad Reformatos conuersus: *Vos, ait, filij mei estis legitimi, vobis ex animo lubens & volens à Deo bene precor; illos verò quàm diu bonum oderint: & persequentur, nec filiorum in numero habeo, nec dignos quibus benedicam reputo.* Non absimilis nimirum reprobatio hæc est illi, qua ipse D. Dominicus aliquando Bononienses Dominicanos reprobasse in vitis FF. Prædicatorum legitur. Hi relicto Maiorum suorum arctiori tramite in solutiorem vitam abierant, & nihilo tamen minùs ante sepulchrum Sancti Dominici, eius, tanquam sui patris, opem & patrocinia identidem efflagitabant. Aliquando autem die quadam Dominica, finitis Vesperarum solennijs, adstante frequente populo, cum pro more illi suas preces [*Sancte Pater Dominice ora pro nobis*] iterarent, ex eiusdem Sancti sarcophago audita fuit vox, intelligibilis illa quidem, sed grauis, sed terrificæ: *Ego non sum pater vester, quia nec vos estis filij mei.*

Omitto hîc dicere quàm alienus fuerit Reuerendissimus Generalis Minorum à timore illo, ne nimirum authoritatis suæ dispendium aliquod pateretur, si Patres Recollectos secundum sua instituta viuere sineret. Probauit id satis impiger ille labor, nemini non notus, quo eisdem Patribus alia atque alia Monasteria adiunxit.

Vide'n quomodo hi Generales de iurisdictione per Congregationes sibi non nihil imminuta, minimè conuincuntur? Considerate etiam, quæso vos, paulò diligentius, & animo atque oculis paulisper inspicite quemadmodum tam hi quàm cæteri penè omnes

Ordinum Generales suorum Reformatorum Congregationes magno in pretio habent, vnicè diligunt, & à Capitulorum generalium insultibus, si quæ tamen contra eas insurgant, omni qua possunt virtute & authoritate protegent, defendunt, tuentur.

## NON EX RESVMPTA ANTIQVA ORDINIS ABSTINENTIA.

ESSENT enim sic ab Ordine suo diuisi Trinitarij sub prisca Religionis suæ abstinentia militantes; Essent etiam reformati Ordinis Prædicatorij alumni, primæuæ abstinentiæ strenuè incumbentes, ab Ordine suo separati: Quod tamen nunquam admiserint.

Vnde ad aliam confugiunt aduersarij querelam, nimirum Reformatos suæ vitæ difficultatibus horridæ & asperæ, ab imitatione sui (quod tamen velle nec debeant nec possint) arcere quàm plurimos. Enimuerò cum multæ Europæ Galliæque prouinciæ piscibus non abundet, quis nos (inquiunt) iustè arguat si quod naturæ tam est infestum ac graue, perpetuò carnibus abstinerè, in Reformatis ferre non possumus?

Non ero in huius querimonix refutatione longus, satis est cum D. Paulo illis dicere, Christiano cuique membra domanda esse: *Mortificate* (ait Coloss. 3.) *membra vestra quæ sunt super terram &c.* sitim frigida, famem pane, oleribus quisquilijsque explendam esse, vt eos fecisse est verisimile, qui de se hæc non minùs verè quàm gloriosè, dum viuerent, dixisse perhibetur: *Vsq; que in hanc horam esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphus cadimur &c.* 1. Corinth. 4. Accedit quòd quicunque carnem cum vitijs crucifigunt, delicias quasuis

quàm licet à se longissimè remouent. Vnde D. Bernardus: *Quid tibi (inquit in homil. Virgin.) cum lautioribus epulis? quid tibi cum vino? Non est hoc Monachorum. Epulantur splendidè ciues Babylonis. Si te uiderit ob amorem suum sponsum marcescere, si pallefcere, si calefcere impatienti desiderio, accelerabit diem, offeret oscula, iunget amplexus.* Et D. Hieronymus contra Iouinianum: *Audi, ait, sues & apros & ceruos, & huiusmodi. reliquas animantes esse creatas ut athletæ, milites & nautæ, metallorùmque fossores, & ceteri huiusmodi operibus. mancipati cibos haberent, quibus fortitudinem corporis sibi necessariam sustentarent. Ceterùm nostra religio non athletam erudit, non fossorem aut remigem, sed sapientiæ sectatorem, qui se Deicultui nuncupauit. Saluinam verò idem gloriosus Doctor sic hortatur: Comedant carnes quæ carnibus seruiunt, quarum feruor despumat in coitum, quæ alligata maritis generationi & liberis dant operam; quarum uteri portant foetus; earum intestina carnibus impleantur: tu verò quæ in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates, nihil habes necesse aliud nisi perseuerare in ieiunio.* Hæc Hieronymus. Et quidni? siquidem etiam Philosopho Ethnico teste, vinum & carniū esus corpus quidem robustum validumque faciunt, animos autem habetant. Ita Plutarchus orat. de esu carniū. Hinc alicubi mellifluus Bernardus: *Abstinebo, inquit, à carnibus, ne dum mihi nimis carnem nutriunt, simul & carnis nutriant vitia.* Sed enim uerò audite auca, in quo Reformatorum vitæ ratio cæteris est ad virtutem obstaculo? quid eos aut in quo mensa tenuis, lectus asper ac humilis, ne vel ad recentia leuioris Reformationis Statuta conuolent, impedit? Certè si animosi essent, illos Reformatorum exempla potiùs caperent & ad similia traherent



quàm deterrerent. Vnum exemplum temperantiæ aut modestiæ multum boni efficit, conuictor fortis, ac aduersum se membrâque rigidus ad virtutem corroborat; vt vicinus mollis & delicatus, & conuictor vitiosus ac turpis emollit ac eneruat, vt rubiginem suam etiam inscienti affricet; sic mirum quantum ad bonas artes, magnarúmque rerum studia vel vnum opus pium ac laudabile inflammat.

AT ENIM, inquit, imbecilles, rudes ac teneros, vt mater liberos, gremio ipsi suo non modò suscipiūt, sed rigore quoque vitæ terrent, reijciunt, ad se penetrare non sinunt, ideóque hoc solo nomine cæteros non adiuuant.

*Spectatum admisi risum teneatis amici.*

Nempe non iuuant, dum expurgatis vitijs Monasteria primæuæ austeritati restituunt? Ac si hoc est alienæ salutis moram facere, si Reformationi Orcinum obicem offerre, cur tolerantur? cur laudantur? cur coluntur vt è cælo lapsi homines ad Ecclesiæ commodum? quid Pontifex eorum conatus dilaudat? quid illorum Reformationes vt vtilis, vt gloriandas ac præstabiles approbat? quid eos vrbes requirunt, accersunt, suscipiunt? Regna, Imperia largè ac copiosè vt suos apud Deum intercessores ac patronos nutriunt? Nunquam illos dubio procul tamdiu Ecclesia tolerasset, nunquam eos sacri Pontifices suis priuilegijs decorassent, fouissent ac propugnassent, si aspera eorum viuendi ratio contra charitatem militasset, alioqui (verba sunt Gersonis Cancellarij Parisiensis tract. de non esu carniū) dedisset laqueum suis fidelibus filijs, quoniam eos damnabiliter errasse sciisset, neque tamen ab errore reuocasset.

Hæ autem contra Reformatos querelæ quàm sint inanes ac vanæ, quàm ponderis nullius, quàm ipsis Reformatis qui cæterorum salutem capitis sui periculo redemptam cupiunt, nequaquam metuendæ, paucis aperio. Si quia austeritatibus terrentur aliqui, est ideò deserenda Reformatio, cur illas de Ordinibus suis Diui Benedictus, Bernardus &c. non remouerunt? cur illas de Ordine suo non sustulit electus à Deo patronus Ordinis candidi ac fundator Norbertus, quem non latebat à se plurimos ob Ordinis austeritates cum tempore abalienatum iri? Sanè refert ipsius vitæ author apud Surium cap. 20. multos qui ex Niuigella ei se adiunxerant, vt canes ad vomitum esse reuersos, asperitatem Ordinis & institutionis primò positæ ferre non valentes. Et nobis huiusmodi homines spectare aliquando contigit, qui vt vomitus sui aliquam prætexerent causam, animique regerent infirmitatem, veritatem in Reformationis contemptum innumeris fœdarunt mendacijs, Niuigellensium nimirum more, qui ad opprobrium hominis Dei Norberti, & ad verbi Dei repulsam tanto se auersionis veneno intoxicarunt, vt nec eum conspicerent, nec eius prædicationem audire vellent, omnemque lapidem ad populum ab eo auertendum mouerent. Sed incassum omnia. Nam sanctis viri Dei precibus liberata à malo dæmone fœmina, quanti Norbertus apud Deum esset meriti, non quidem vocis præconio, sed sua per eum liberatione omnibus palàm fecit.

Sed hæc de abstinentiæ à carnibus austeritate factis. Qui plura desiderat, illustrem illum Cancellarium Gersonem consulat. Is post multa abstinentiam huiusmodi.

iusmodi impugnantibus silentium tract. de non esu  
 carn. his verbis imponit: *Obmutescant ergo obtretrato-*  
*res quilibet contra sanctam Carthusiæ sobrietatem, quin po-*  
*eius venerentur ipsam, tanquam imitatricem Ioannis Bap-*  
*tistæ abstinenciam, secundum præsentem lectionis nostræ*  
*textum, tanquam insuper Sanctorum Patrum representan-*  
*tem exempla atque vestigia. Acceptetur præterea tanquam*  
*satisfactoria pro suis alienisque delictis ex magno iustitiæ*  
*atque charitatis zelo. Collaudetur etiam velut proficiens*  
*alijs exemplo & merito. Denique suscipiatur quasi genera-*  
*tiva virtutum tam moralium quàm intellectualium, & vi-*  
*tiosarum cupidinum potenter repressiva. Si autem neque*  
*hæc aduersarios ad reperendam abstinenciam per-*  
*mouent, saltem æmulatione posita eiusdem celeberrimi*  
*Doctoris Ioannis Gersonis factum dictumque,*  
*omni commendatione dignissimum, amplectantur,*  
*quo ille iam dictum de non esu carniū tractatum*  
*clausit his verbis: Hæc est laudabilis sanctorum Patrum*  
*abstinencia, quam etsi peccator & secularis imitari non va-*  
*leo, aut non satis volo, veneror tamen in alijs, admiror &*  
*colo, venerandam insuper colendamque liberè denuntio, &*  
*libera voce defendo.*

Verumenimverò si non ex his omnibus rectè col-  
 ligitur Ordinis diuisio, à quo ergo est, aut vndenam  
 eiusmodi petenda diuulsionis ratio? A Capitulis nimirum  
 & Capitulorum generalium multiplici ratione. Mansere Carmelitæ  
 Discalceati cum alijs quamdiu eodem Capite & Capitulo generali  
 vñsi fuere: at statim atque ipsis Clemens VIII. pro paterna prouiden-  
 tia Generalem & Capitulum generale, à Mitigatorum  
 Capitulo independens, annuit, sic à se diuisus  
 Ordo extitit, duo vt Ordines censerentur & essent,

prout testatur Rodericus tom. 1. qq. regular. q. 2. a. 5.  
 Non fuere Fulientes ab Ordine Cisterciensium  
 diuisi quamdiu vnum & idem ijs fuit cum cæteris  
 Caput, idem Magister Generalis, idem cœtus vniuersus  
 & communis, idem Capitulum, cui cum reliquis  
 forēt obnoxij. Sed illico atque dictus Clemens VIII.  
 pro suo, quo ferebatur in Religionum instauratores,  
 zelo, eos anno 1592. ab Abbatis Generalis Cisterciensis  
 & Capituli itidem generalis imperio ob continuum,  
 quod ipsis inferebatur bellum, subtraxit, diuisi  
 ab Ordine suo sic extitere vt alterius Ordinis esse cen-  
 serentur.

Quæ à nobis omnia cùm longissimè absint (idem enim nobis præest Generalis qui cæteris, eius nutu in Reformationis nostræ praxi regimur, doctrina ac monitis fouemur vt reliqui) rogamus obnixè vt aduersariorum in nos, tãquàm à sancto corpore mystico illius Capituli & Capituli seiunctos, impetum cohibeat. Separationem enim ab Ordine nec meditamur quidem, nec meditari saluis nostris Pontificijs Bullis possumus. Nolite nos ad id violentia aduersariorum adigere. Nolite inordinatis eorum passionibus seruire. Separationem obrudūt, non quòd imminere eius rei periculum præfagiant, sed quòd suis illis suggestionibus se id effecturos sperent vt inuisos nos & odiosos vobis reddant, sicque Reformationis bonum cum non paruo boni vestri nominis detrimento perdant.

*Sicut fuerit voluntas in cælo, sic fiat.*

1. Machab. 3.

